

tulit, capiti uxoris ad mota, protinus in loco suo coaluerunt. A In hac pugna Syderius cecidit, non tam ab hostibus, quam a suis, qui virtuti, & gloriæ ipsius invadebant, oppressus. Dabr. lib. 3.

Noviodunensi Mago cuidam nonna ætate intercesserat cum Noviodunensi Episcopo ex Hangestana domo familiaritatis. Hic quo die fore prædixerat Satanas, ut occideretur, se in domum recepit discipulum, indicans ei fore, ut eodem die occideretur: cum autem prædixisset ad mensam Episcopi, aliquis tandem supervenit eum conventum cupiens: jubetur illis ascendere, ascendit, & colloquendo inter duas januas occidit Magum. Bod. lib. 3. c. 1. Dam.

DIGNOSCERE ABSENTIA, REMOTA.

Jamblichus à sacris in urbem redibat cum discipulis confabulando. Et mox defixis aliquantum in terram oculis, Alia via ingredamur, inquit, quod cadaver non procul hinc elatum est. Discipulorum quidam eum infecti sunt. Alii verò, inter quos Ædificus, iter ceptum peragentes, vespillones, qui mortuum sepelierant, obvios habuere. Eunapius.

B Govarus Novæ Rex, quicquid in Saxonia contra tentaretur, prævidebat, ultra c. milliaria Germanica. Magnus lib. 3. cap. 13.

Philippus Comminus scribit de quodam Italo Viennensi Archiepiscopo, qui præsentem Ludovico Rege XI. die Epiphaniæ Mitham celebrans in æde S. Martini Turonensis, quando pacem Regi osculandam præbuit, hæc verba pronuntiavit: Pax, tibi, o Rex, hostis tuus est mortuus, & hora eadem comperitum est, Carolum Duem Burgundie ad Nancum in Lotharinga occidisse, verum an id per revelationem divina virtute, an verò ope dæmonis illi innotuerit, meritò queri possit, prius enim longè probabilis videtur.

Cùm Magi septem anno Domini M. D. XLIX. apud Nannetas coram multis se indicaturos recepissent ante horam, quid millia decem in ambitu ageretur, exanimis conciderint illic, & tres horas defecti animo jacuerunt: postea exurgentes enuntiaverunt, quidquid in toto Nannetum oppido, & ambitu longiore perceptorant, locis factis, & hominibus observatis: quæ omnia statim comperta sunt. Itaque omnes isti accusati, & malefactorum multorum comperti, ad ignem fuerunt damnati. Bod. Dem. lib. 2. c. 5.

Anno Salutis M. D. LXXI. cùm in Magos Gallie instituta esset questio, Vetula quædam Burdegalenfis, Maga, apud Judices confessa est, se cum aliis per hebdomadas singulas fuisse exportatam, ubi magnus hircus aderat, quo auctore abnegabant Deum, se diabolo servituras spondebant, singuli pudenda illius osculabantur, & post saltationes pulveres accipiebant quique. Tum Belotus libellorum supplicum magister, dicente Maga se nihil posse nisi è carcere educta esset, volens rei veritatem explorare, eam duci iussit: & illa cùm se nudam certo adipe inunxisset, velut mortua, experteque sensus corruit, deinde post horas quinque reversa, exurgensque, permulta narravit, quæ variis locis ita se habere, ut dixerat, comperta sunt. Bodin. lib. Dam. lib. 2. c. 5.

SCIRE INCOGNITA, OCCULTA.

Jarchas Indorum sapientum princeps, magno Apollonio nomen ejus, parentes, mores, & quæcumque ipsi contigerant, dixit, perinde ac si omnibus interfuisset. Philostratus.

EXPISCARI ARCANA.

Cognituri Germani, quæ Saga impotentem equum, & languentem effecerit, ad certas ades usque trahunt alterius equi viscera, non per januam, sed per cellam ingressi, aut specum subterraneam, viscera illa consumunt igne. Tum malefica, quæ commisit malum, dolorem colicum in intestinis sentiens ad ades contendit recta, ubi cremantur viscera, ut prunum candentem postulet, & dolor illius desinit. Quod si non aperiantur fores, ades offunduntur tenebris, tonitru perforant horrendo, ruinamque minantur, nisi qui intus sunt aperiant: quod Sprengerus scribit in Germania observatum, & à se visum.

ANIMI BONA, MALAVE

CONCILIARE. Ut puta Sapientes reddere.

Craca Regneri pugilis Dani uxore, venefica, epulum ex trium collaboratorum tabo innoxium corpori, animo saluberrimum confecerat, & partem quidem ferculi albam ex albo serpente paratam Erico privigno, nigram verò croceis distinctam notis, ex duobus serpentibus atris confectam, Roltero filio proposuit. Ericus degustato ferculo ex utraque parte, ut erat urbanus, catinum invertit: Sic inquit, æstuante mari puppis in proram ferri solet. Comedit inde, omniumque rerum cognitionem admirando modo confectus est, ita ut ferarum quoque, & avium voces intelligeret. Craca errore cognito, cùm inevitabile fati providentiam videret, Erico filium suum Rolterum unicè commendare cepit, ut felicitatis per edulium partem fructum in fratrem redundare pateretur. Hic est Ericus ille, qui Diserti nomen meruit, & tandem ad regnum pervenit. Sano Gram, lib. 5. hist. Dan.

Amentes reddere.

Cùm ex editore Palatii Constantiopolitani loco Michael Scidites naviculam vidisset, qua olla, & patina vehabantur, magico carmine effecit, ut nata exurgeret, & vasa non prius ferre desisteret, quam in pulverem redeisset. At paulo post barba prehenfa lamentari, amotaque caligine, se ut ira nummi agitur deplorare. Rogatus, cur merces suas ita tractasset? cum dolore narrabat, se rem intentum, horribilem serpentem supra vasa procerum, oculis inconvinctibus in se conversum in fratrem devoraturum vidisse, qui prius volucrium non desisteret, quam scilicet contracta essent: inde subito ex oculis evanuisse. Nicetas lib. 4.

Memorabiles sunt præstigia, quibus Circulatorum quosdam in Boemia suo tempore usus scribit Mattbiolus in præfatione in Dioscoridem. In vinum, inquit, radicis cuscudam pulverem, cujus gustatu fauces convelluntur, immiscet, & cui fucum facere volunt, jubent, ut ille in vino inunctum digitum, quasi pragustandi causa fugat. Tum illic digitum in vino madidum in os inditum, sibi mordicis non sine dolore, & clamore premit invitus. Interea perinde, atque blanditis morrenem consolatur Circulator, temporum, carpiæ arterias alio quopiam oblitiv medicamento: deinde nummum in terram projectum hortatur, ut tollat. Ibi ille pronus primula sese, nequit atollere. mox unguinis vi amens factus, concidit, statimque ejus morte, qui metu, ne mergatur in aqua, G natat, ac vociferatur simul se fluctibus obrui. Ergo eum erigit Circulator. Ille quasi ultus injuriam, primum maleficium obliquo, ac torvo intuitu exprobrare, mox hominem aggredi videtur: postremo fugientem Circulatorem persequi, donec absterio tandem illi medicamentum veneno, recipiat animam, ac menti restituatur. Ubi autem ad se rediit, quasi qui evaserit à mari naufragus, capillum, vestimenta que veluti vela torquere, exprimeretque, brachia tergere, & nates emungere, conspicitur. Hæc ille.

In Amorem pellicere.

Gazensis emporii oppido virginem Dei vicinus Juvenis deperibat. Qui cùm frequenter tactu, joci, nutibus, fibilibus, & cæteris hujusmodi; quæ solent morituræ virginitatis esse principia, nihil profecisset: perrexit Memphim, ut magicis artibus rediret armatus ad virginem. Igitur post annum doctus ab Æsculapii vatibus, venit, & subter limen domus puellæ tormenta quadam verborum, & portentosa figuræ sculptas in aris Cyprii lamina defodit. Illico insanire virgo, & amictu capitis abjecto, rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis. Perducta à parentibus ad Monasterium D. Hilariensis, seni traditur, ululante statim, & consistente dæmone: Vim sustinui, inquit, abductus sum, quàm benè Memphi somniis homines deludendam. O cruces, o tormenta, quæ patior! Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. Non exco, nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc fenex: Grandis, ait, fortitudo tua, qui licio, & lamina stridit teneris. Dic, quare ausus es ingredi puellam Dei? Ut servarem, inquit, eam virginem. Tu servares, didicerit castitatis? Cur non potius in eum, qui te mittebat, es ingressus? Ut quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum amoris dæmonem? Noluit autem Sanctus, antequam purgaret virginem, signa jubere perquiri, ne aut solitis cantationibus recessisset demon videretur, aut ipse sermone ejus accommodasse idem: afferens fallaces esse dæmones, & ad simulandum percal-

percalidos. Quin potius reddita sanitate inerepuit virginem A cur fecisset talia, per qua dæmon intrare potuisset. Hieronymus in vita Hilariensis.

Solerus Sethus sub Manuele Commeno Imp. virginem malo Perfico per lenam misso in sui amorem pertraxit. Nicetas lib. 4. Hist.

Magi suis carminibus Phania Porteri Hierosolymitani seruo conciliantur herilem filiam. Marul. lib. 2. c. 12.

Mahometes pseudopropheta uxorem duxit Eaddigam viduam opulentam, quam artibus magicis in sui pellexerat amorem. P. Diac. lib. 28. Vincent. lib. 23. Zonor. som. 3.

Libidinem, Amorem eximere.

Sopitratram viduam Eustachii, fortissimam, & sapientissimam mulierem, Philometor consobrinus amare ceperat, & ut ea potiretur, magicis utebatur carminibus, Maximus sophista, sacris operatus, Sopitratram ab hoc furore, ne manus daret amori, liberavit. Eunapius in Adeso.

Tradunt, Magos nulla lege, sed novo commento adulteria vindicare, ut sirculus per rana viscera ad os transfixus, in mensuris uxoris defigatur à marito. Tunc enim uxorem fastidire adultera, & illorum tadio affici, pro certo opinati sunt. Qui haud absimile est, quod Aristoteles prodit, in Phaci summe apud Colchos arbutulam nasci, cujus ramus exceptus à viro, & in uxoris thalamum immisus, efficit, ne uxor alium virum appetat. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 4.

Valsafa, Libusta Boemæ famula, virginis à virorum amore per veneficum sic averit, ut conjuratione inita suos quoque maritos, patres, fratres, filios una nocte interfecerit: mox arte Vilegredens oblecta, Primislai Regis exercitum ad interfectionem ferre occiderit, Æneas Sylvius in hist. Boem. & Egnat. lib. 3. c. 2.

Ad Clementiam pervenire.

Sprangetus questor annotavit, Sagam, licet captivam, judicis animam ad misericordiam posse inflectere, si prior oculos potuerit in iudicem desigere. Idemque auctor est, nihil tantopere Sagas, de quibus ipse cognoscere, à custodibus in carcere flagitare, quam ut suos iudices, ante congressum videre possent: itaque omnes iudices, qui priores visi à Sagis fuerant, quibus jam antè plurimas longè minorum criminum afflatus condemnasset, tum repente à condemnatione eorum abhorruisse. Bodinus.

AD SALTANDUM COGERE.

Satanas, eo quod Genævez saltationes ante omnia sunt odio, Puellam Genævensem sic instituerat, ut quoscunque virga ferrea ab ipso tradita attingeret eos ad saltandum compelleret: atque hæc iudices iudificabatur dicens, se necari ab ipsis non posse, neque unquam voluit resistere, donec ad mortem damnata esset. Hoc factum ab homine didici, qui interitus: addebat autem, eam simulque fuit comprehensa, metu, & trepidatione maxima fuisse confrenatam, dicendo se ab heroluo deseri, ab eo promissionem de morte non oppetenda accepisse, eumque ab ipsa, sed sola percipi. Bodinus.

DEVORARE.

Sedeceas Judæus milites cum equis, & armis, vehiculum fecit devorari, & volabat per aërem.

Apuleius l. 1. de Asino aureo, tale commentum refert. Athenis, proximè & antè Pœcilem porticum, isto gemino obtutu Circulatorem aspexi equestrem, spatham præcutam mucrone infecto devorare: ac mox eundem invitamento exigua stipis venatoriæ lanceam, ac mox eundem invitamento exigua stipis venatoriæ lanceam, quæ parte minatur exitum, in ima viscera condidisse: & ecce ponè lanceæ ferrum, qua ba- D mollitiam decorus insurgit, inque flexibus tortuosus, enervam, & exosiam saltationem explicat, cum omnium, qui aderamus, admiratione.

MORBOS INDUCERE.

P U T A.

Impotentiam Veneris, Sterilitatem. Cham, filius Noe, artibus magicis claruit, unde Zoroastres dictus fuit. Cùm autem à patre parum amaretur, ebrum magico carmine Veneris impotentem fecit. Berofus.

Ex sceleribus magicis nullum extat frequentius, nullum præ perniciosius eo impedimento, quod novis conjugibus affertur: hoc vulgus dicit Ligatè ligulam. Sic Amasim Ægypti Regem apud Herodotum l. 2. legimus fuisse vincitum, & impedidum, ne rem haberet cum Laodice uxore sua: donec carminibus, solennibusque precibus solutus esset. Concubinas

quoque Theoderici Regis isdem ligamentis adversus Hermenbergam ulas esse, Paulus Æmil. in vita Clotharii secundi E testatur. Ridet quidem philosophi Epicurei istud miraculum: veruntamen hi nodanda ligulæ arifices, qui habentur passim, illos reddunt antonitos, ubi fe experti sunt nulla arte mederi posse. Ideoque Canon. 33. q. 8. Si per fortitias, inquit, & maleficas artes, occulto, sed nunquam injusto Dei iudicio permittente, & diabolo preparante, concubitus non sequitur, ad Deum per humilem confessionem est recurrendum. Bodinus.

D. Thomas in lib. 4. Sententiarum, dist. 24. dicit, virum respectu unius solum molieris, ac non aliarum nodari posse.

Cùm Isabella Alfonso II. Aragonii Regis filia ad maritum Joannem Galeacium ducem Mediolanensem est adducta, Ludovicus Sfortia ea confecta subito sic exarfit, ut eam sibi conjugem à patre dari concupierit: atque in hunc finem magicis artibus (sic enim tota Italia tunc creditum est) effecit, ut Joannes Galeacius per multos menses impossus fuerit ad conjugii arcana peragenda. Guicciardinus lib. 1.

Pariendi difficultatem.

Pharmacidas, id est, veneficas mulieres, Thebani misas à Junone ajunt, quod parturienti Alcmene impedimento essent. Sed eas dum Alcmene partum cohiberet, Tiresias filiam Historidem tali astu elusit. Ex eo namque loco unde ipse facile audire possent, clamavit, periculis jam Alcmene: illas ea voce deceptas statim abiisse: Alcmeneam illic puerum enixam. Pausanias in Boeotici.

Lactis desectum.

Bierbana ad Laodunum Saga, cùm mulieri cuidam comminata dixisset, eam nunquam puerum lacte uberum suorum alituram, exaruerunt ubera: & quamvis multos ex eo tempore pepererit, nihilominus lacte caruit, donec Saga iudicio factore cremaretur viva, Deo iudice iustissimo, contra quam Judices (quibus strangulari eam placuerat) constituerant, & cogitabat carnifex. Bodinus.

Pesilentiam.

De hac max sub Titulo, Occidere. Ego, ait, Ambr. Pareus cùm aliquando peste correpto homini ad quem invilendum vocatus eram, propius, & imprudentius adstarem, utque bubonem, quem in inguine dextro, anthraces verò duos, quos in alvo habebat, intuerer, confertim diductis stragulis ipsum renudastem, auctum densus vapor, teter, & putridus ex rupto carbunculo abscestu, tanquam è simo agitatus, per nares in cerebrum mihi G insiluit: ex quo oborta leipthymia mortuo similis, præcepti in terram sine sensu decidi: paulo post excitatus, omnia velut vertiginoso in gyrum circumagi videbantur. Iterumque relapsurus eram, nisi apprehensa lecti columna me sustentastem. Cæterum una res me tum consolata est, quod affecti mihi cordis dolore, aut palpitatione, fortive virium, & contumaci exolutione, nulla apparuerunt signa. Argumentum dissipatorum tantum spirituum à venenato vapore animantium: nullatenus verò læse cordis substantiæ consistit opinio. Subsequutum mox sternutamentum tanto impetu decies repetitum, ut hæmorrhagiæ consecutionem attulerit, quæ me excretio, credo, omni veneni impressione liberavit. Dilectant, sapiantque, moniti meo exemplo cæteri. Lib. 21. Christi. cap. 13.

Tabem.

Duffus Scotorum Rex, incognito morbo affectus, noctu in sudorem immensum solvebatur: interitui dolore levatus, quieti se dabat. Corpus lenta conficiebatur tabe, effertè simillimum. Pulsus constabat, constabat quoque sensus, & cibi appetitus. Medici de salute regis desperabant. H Obortus est interea sub id tempus incerto auctore rumor, Regem veneficam Mulierum arte contabescere: easque apud Forres Moravie oppidum, magicas, & fortilegam artem in Regis pernecium exercere. Missi nunci veluti in eunda pacis gratia inter Duffum Regem, & conjuratos Moravos, Forres adire: nocturne in arcem admissi, commodum à milite quodam, qui hoc ipsum à suo forto, cuius mater venefica erat, expulcans fuerat, de toto negotio admonentur. Ergo in fortilegarum ades irrumpentes, sagarum unam ceruam simulacrum ad Regis Duffi imaginem dæmoniacæ arte (ut credere par erat) confectum, ligneo affixum vera antè ignem torquentem: alteram carminibus recitatis liquorem quendam fundentem sensim supra statuum invenerunt. Conjectæ in vincula, rogataque de scelere, responderunt, dum simulacrum igni adhibitum torretur, Duffum Regem in sudorem solvi: carminibus verò reci-

recitatis, perpetua teneri vigilia, & ad liquecentem ceram  
A macie confici: consumpta autem cera, Regis mortem conti-  
nua subsecuturam. Ad facinus exequendum, mercede à Mo-  
ravorum primoribus conductas fuisse. Exultis mulierculis,  
Duffus fodare defuit, & famitatis restitutus est. *Hellor Boetius*  
*lib. 11. c. 1. hystoria Scotorum.*

**Cacitatem.**  
Helsingorum princeps Vitoleus, quos voluit, ita videndi  
officio spolavit, ut propinquas ades nec videre, nec certis pos-  
sent vestigiis indagare. *Olaus lib. 3. cap. 17. ex Saxonis lib. 7.*  
*Gravelontium.*

Medea cum Jasonem secuta in Lemnum applicuisset,  
Lemniadum mulierum zelotypia capta, pharmacum quod-  
dam in Lemnum jecisse dicitur, quod gravem odorem fecerit  
minis ejus loci impressit, atque mansi postea illud vitium,  
ut & filii, & maritis flatu quodam anni die Lemniades gra-  
veolentes viderentur, sicuti primo libro rerum Lesbiarum  
scripsit Myrtilus, cum alii tamen Veneris facinus il-  
lud fuisse maluerim, ut sentit Stephiorus. *Nat. Com. Myth.*  
*lib. 6. cap. 7.*

**OCCIDERE, NECARE**

**IN GENERE.**

Tres viri cum femina una Magi damnati, & igne concre-  
mati sunt vivi Pictavi, an. 1564. cum fuissent evicti necis ho-  
minibus plurimis, pecudibusque illata, opera diaboli submi-  
nistrans pulverem, quos humi stabulorum, ovium, domo-  
rumque lumini subdebant. Narraverunt autem isti se ter in  
conventum maximum solitos proficisci, quo conveniebant  
Magi innumerabiles, ad compitalem quandam crucem, quae  
ipsis usum praebat signi: ibi praefite hircum ingentem nig-  
rum, adstantes oratione humana compellantem, in ejus am-  
bitum saltare omnes, tum unumquemque posteriores illius  
partes cum ardente candela osculari. Hoc factu, hircum ab-  
sumi igne: de ejus cinere singulos capere, ut eo bovem inimi-  
ci necarent, huius ovem, illius equum: hunc hominem languo-  
re, illum morte afficerent: postremo diabolum voce terribili  
haec verba intonare, Ulciscimini vos, aut mortem appetitis  
Ira singulos ope diaboli redire qua venerant. *Bodinus.*

**IN SPECIE. PUTA**

**Homines.**

In Africa reperitur Familia, quae sola voce effascinant, si  
quid impensius laudaverit. *Plinius lib. 7. c. 2. ex Ifigono G.*  
*Nymphodoro.* Hinc etiam apud nos consuetudo inolevit (quod  
*Arifto. 20. scilicet. Problem. 34.* testatur) ut aliquid laudaturi, pre-  
camur, ne verba nostra obfint, ut Deus conservet. *Gellius*  
*lib. 9. c. 4.* Este ejusdem generis in Triballis, & Illyriis, adicit  
Ifigonus, qui visu quoque effascinant, interimantque quos  
dicitur intuentur, iras praecipue oculis: idque malum faci-  
lius sentite puberes. Notabilis esse, quod pupillas binas in  
oculis singulis habeant. Hujus generis & feminas in Scythia,  
quae vocantur Bithyz, prodit Apollonides, Philarchus, &  
in Ponto Thibiorum genus, multosque alios ejusdem naturae,  
quorum nota tradit in altero oculo geminam pupillam, in  
altero equi effigiem: eisdem praeterea non posse mergi, ne  
veste quidem depravatos. Haud dissimile is genus Pharnacum  
in Aethiopia prodidit Damon, quorum sudor tabem con-  
tactis corporibus afferat. Feminas quidem omnes ubique visu  
nocere, quae duplices pupillas habeant, Cicero quoque auctor  
est. *Plin. lib. 7. c. 2.*

D Medea Glaucen, five Creusam Creontis Regis Corinthio-  
rum filiam sibi praefere videns, novae nuptae, dissimulato odio,  
pallam venenis infectam muneri misit. Quam cum illa induisset,  
subito flagravat incendio, pari quoque exitio perierunt Creon,  
& ejus regia. Filios ex Jasonem susceptos lanxavit palam.

Lappones, & Finni Septentrionales, faciunt de plumbo ja-  
cula magica brevia ad modum digiti: ea mittunt per quavis  
diffusa loca in eos, de quibus vindictam expetunt. Hi oborto  
cancerumate in cruce, vel brachio, intra triduum vehementia  
doloris exanimantur. *Olaus lib. 3. c. 17. Septentrion.*

Cum Barbari tribus ductoribus usi Romanam ditionem  
infectarent, Joannes praceptor Theophili Imp. eum optime  
spereare jussit. Inter areas statuas, quae erant in euripo Circi  
statua quaedam extare ferebatur triceps. Tres ergo malleos  
aeros fabricari jussit Joannes, eosque tradi viris manu validis,  
qui constituta noctis hora secum ad statuum illam accede-  
rent, iisque, cum ipse mandasset, capita fortiter ferirent, dum ea

veluti uno ictu, atque impulsu in terram delicerent. Magna  
jam parte notis exacta cum viris illis Janes ad statuum venit, E  
magicumque permen recitans, robur quod inerat statuum ad-  
mir, viros omni vi percutere capita statuarum jubet. Eorum duo  
validissimis ictibus duo capita statuarum deciderunt, tertius re-  
mississimis aliquando feriis, inclinavit quidem, non tamen a cor-  
pore totum avulsi capite. Eodem modo cum gentis ejus duci-  
bus actum fuit: nam seditione coorta interfecta, duo de duci-  
bus occiderunt: tertius vulnus accepit, sed non lethale. Ita-  
que Barbari viribus destituti domum rediere, *Cadrenus.*

Simoon, Bulgarorum dux, Crobatis bellum intulerat. Ro-  
mano Lacapeno Imperatori nunciatur, statuum in summo  
fornice Xerolophi versus Occasum positam, in Simoonis Bul-  
gari formam conversam esse, cujus statuae caput si amputare-  
tur, Simoonis interitum haud procul abfuturum. Eo facto,  
eadem hora Simoonem ex stomachi dolore expraesse, Imperato-  
ri nunciatum est. *Zonarai.*

Casali urbe Salassia Italiae regionis, conjurarunt circa an-  
num Domini m. d. xxxvi. Viri, ac feminae circiter quadra-  
ginta, inter quos carnifex erat, ut cum pestis antea sevisset,  
tunc vero jam mitesceret, unguentum conficerent, quo tan-  
gentes portarum coronidas inficerentur: pulverem quoque  
conficerant, quem super vestes clam spargerent. Latuit ali-  
quando haec res, sublatique multi. Sed cum cujusdam nomine  
Neci fratrem, atque unicum filium sustulissent, vivique alii  
quam domini domum, aut filii perirent, simulque amodo  
verterent Andrognum se in domo infanctum: atque eos  
maxime perire, quorum domum ingrederentur, deprehen-  
dit conjuratione, omnes exquisitissimis tormentis necati sunt: facti  
etiam decrevissent in pompa celebri divi cujusdam, subtelis  
perundis, universos viros occidere: paratque ad hunc usum  
supra viginti ollas: dederuntque pecunias. *Cardanus de Rerum*  
*varieta. lib. 15. c. 80.*

Apud Sprangerum legimus, Pumberam quandam magum  
Lendemburg in Germania existisse, quem docuerat Satanas  
Crucciferae sagittae antepetebat die Veneris confingere: qua  
ratione adhibitis nefandis quibusdam verbis, jaculans in  
aerem, termos homines, quos visidisset, cognovissetque, poterat  
quotidie occidere, quamvis in arcem munissimam abditos,  
modo certum, deliberatumque consilium occidendi eos  
habuisset. Eum vero tandem rusticum in frustra lanxerunt sine  
juridica cognitione ulla, postquam homicidia plurima per-  
petraisset. Haec gesta ann. m. ccc. xx. *Bodinus.*

Uratislav Lucentis dux, Uratislavia conditor, bellum  
contra Grezomislavum Bohemiam nepotem suum suscepit. G  
perat. Ibi mulierem fuisse tradunt, quae privigno bellum pe-  
petravit, Uratislav in pugna casurum, majoremque populi  
partem cum eo interitum tradidit: posse tamen evadere ju-  
venem, si sibi pareret. Adolefcenti impetrata facturum respon-  
dente, jussit, ut primum, qui obvius ferret, occideret, atque  
uratslav aures absciderat in pera reconderet: mox gladio inter  
prios equi pedes cruce in terram facta, & deosculata, e-  
quum ascendens fugam maturaret. Pugna in campo, cui  
Thufco nomen est, commissa, caeso Uratislavo, adolefcentis,  
qui novex ea paruerat, domum incoluntis effugit, sed uxorem,  
quam unice amabat, interemptam reperit, earentem auribus,  
pectusque confossam. Sic quas hosti amputaverat aures, con-  
jugis suae fuisse, stupens, tristisque cognovit. *Aeneas Sylvius*  
*in bist. Boem.*

**Bruta.**

Sortilegus quidam Salisburgensis cum in oculistrotum po-  
puli serpentes omnes, qui in ambitu ad milliarem integrum fue-  
rant, in fossam unam coegisset, & tradidisset morti, a postre-  
mo eoque permagno furioso insultante euectus est. *Bodinus. H*

**MORBOS ABIGERE.**

**Consule Tit. Morborum miro modo curatorum, Pestilentiae  
imprimis, & Daemonicorum.**

**ABSOLUTE.**

*Pharmacopoeia*, hoc est, remedium, seu amuletorum praebi-  
tores dicuntur, qui fraude daemonicis, qui a deceptiuntur,  
vincula quaedam ex ferreis filis contexta, quae & *magica* di-  
cuntur, praebent, quae aliquando intus habent scripturas, ali-  
quando falsa quaedam alia, quae quocumque incidunt. Dicunt  
autem haec juvare, si ex collis eorum, qui illa accipiunt, per-  
petuo pendeat, ad omne malum vitandum. *Theod. Balsamon*  
*in synodum 6. in Trullo.*

Apud Suidam legimus, inde à Minois temporibus Homi-  
A nes existisse, qui verbis, & sacrificiis curabant morbos: &  
apud Homerum, à profluvio sanguinis Autolycom liberari  
verbis. *Bodinus.*

Apollonius Tyaneus Ephesum urbem gravi peste labo-  
rantem liberavit, ostenso eis mendico fene, quem à populo la-  
pidari jussit, qui postea lapidum congerie detracta, canis effi-  
giem habere inventus est: quem ipse demonem esse affirmavit.  
*Pbiloftratus.*

Quaestor Sprangerus, cum de Sagis Insprugensibus in  
Germania cognosceret, Figulus Magus extitit, qui pauperem  
vicinam suam videns affligi gravissimè, ac si intestina ip-  
sius gladiis indefinenter peterentur: Experire (inquit) an for-  
te affecta sis, & sanabo te. Tum liquatum plumbum disco in-  
fundit aquae pleno, & mulierem quaedam percipit in durato plum-  
bibus enunciatis, imagines quaedam percipit esse mulierem. Hoc fa-  
cto, ex quibus agnovit forte affecta esse mulierem. Hoc fa-  
cto, abduxit virum illum mulieris, & respicientes uterque sub  
limen januae, imaginem ceream palmoarem invenit, cui  
acus duae ad duo latera haerebant fixae, cum pulveribus, & ser-  
pentum offibus: quae omnia injeicit ignis mulierem verò, cum ip-  
B gnori dedisset animam suam Satanae, & Magis, quos pro inco-  
lumnitate sua adverteat, fuit relictus. Nempe Magus hic Saga,  
quae maleficium vicinam intulerat, familiaris, ex ea potuit rem  
totam cognoscere. *Bodinus.*

Scribit *Jodocus Darmundanus in Praxicrim. cap. 37.* Brugis  
in Flandria extitisse Magam in opinione maxima sanctorum,  
quod morbos curaret innumeris: sed illa hoc curabat pri-  
mum, ut crederetur se posse sanare: deinde jejunia indi-  
cebat, mandabatque dici aliquoties Pater noster, aut  
Compostellas ad Sanctum Jacobum, aut ad S. Arnoldum  
iri, tandem verò multarum sortium magicarum evicta, sup-  
plicio affecta est. *Idem.*

Cum Joannes Martinus vicarius Praefecti Laodunensis de  
Saga S. Probe cogniturus esset (quae caementarium ita laeserat,  
ut ipsius caput inter crura ferè pendere incurvo corpore) Sa-  
gae renunciat iussit, ipsam non alia ratione posse vite suae con-  
sulare, quam li caementarium sanasset. Ergo fasciculum à filia  
sua domo afferri jussit: diabolum invocavit, deiecit in terram  
vultu carmina quaedam coram omnibus mulstavit, & fascicu-  
lum tradens caementario, lavari cum in balneo praecipit, & il-  
lud, quod fasciculum incluserat erat in balneo indere, cum his  
verbis: Abi per diabolum. Sic curatus fuit caementarius. An-  
tequam ea inderentur balneo, volentes nonnulli cognoscere,  
quid in fasciculo esset (quod illa fieri vetuerat) tres parvulo-  
rum in laecertos deprehenderunt. Caementarius verò dum in  
balneo esset, quasi tres grandes carptiones sentiebat in eo, cum  
excessisset ex eo, quamvis pervestigaret diligenter, nec carpio,  
nec laecertus inventus est. Saga viva fuit concre-  
mata. *Idem.*

Constat apud omnes Rupellae hominem lethali vulnere af-  
fectum, de cujus salute Chirurgi omnes desperabant, Magi  
cujusdam opera fuisse restitutum, ut incederet, & diebus  
aliquot loqueretur. *Idem.*

Carolus Martinus Praefectus Laodunensis factus certior  
mulierem pauperem in valle ( id suburbii Laodunensis no-  
men) fuisse à Saga vicina fascinatam, miscuitque illius, nec  
interminat us est Saga, nisi morbum vicinam adimeret.  
Metuens illa promissit se curaturam. Itaque ad pedes cubilis  
venit, vultum in terram demittit, manus jungit, diabolum  
D maximum magna voce appellabat, subinde preces reno-  
vat, voces incognitas aliquot repetens, & frustum panis  
agrote tradit, quo eodem momento cepit revalescere.  
Hoc factu Praefectus revertens domum, statuebat eam  
comprehendere, & igni quam primum tradere: sed illa dis-  
paruit. *Idem.*

**TRANSLATIONE in alium.**

Apud Greg. Turonens. lib. 6. cap. 35. legimus, Child-  
berti Regis uxorem, ut filiolum suum ex maleficio au-  
divit obuisse, muliebri rabie ingentem Sagarum numerum  
jussit cremari. Ea fassus sunt, maleficium à se fortis con-  
ditione procuratum, ut Mummonem magum magistrum  
servarent incoluntem. Captus itaque Mummo, & equo-  
leo impositus, certas pinguedines sibi, potioneque à Sa-  
gis datas fuisse dixit, ad conciliandum Principis gratiam: &  
carnificem, qui torquebat ipsam, nuntiare jussit Regi,  
nullum à se dolorem percipi. Tunc imperavit. Rex cum  
quidam trocheis, stylosque ferreos unguibus pedum, &  
manuum interferri: prout est in Oriente ratio torquendi, qua  
fies membrorum fractura dolor sit intolerabilis. Post dies ali-

quot ad suos Burdegalenses deportatus obiit. *Bodinus.*  
In judicio Sagae apud Nannetas, quae fortilegii in viciniam E  
facti accusabatur, impera vere Judices, ut mulierem forte affe-  
ctam attingeret (quod è Germania Judicibus etiam in Camera  
Imperiali fit sapissimè) recusat, & se cogi videns, exclama-  
vit, Actum est de me. Etenim mulier ex contractu revaluit, Sa-  
ga autem corruvit: cadaver igni damnatum. *Idem.*

Tholofae Burdegalensis quidam studiosus amico suo gravis-  
simè ex quartana laboranti dixit, Ut febriam uni suorum inimi-  
corum traderet. Respondente illo, Sibi neminem inimicum  
esse dicit, Da igitur servo tuo. Quod ipsum cum renueret, Ma-  
gus dixit, Da mihi eam. Annuente agrote, Magus febri op-  
pressus obiit, & agrotus revixit. *Idem.*

Arvernum quandam Magum captivum Lutetiae vidi (inquit  
*Bodinus*) ann. 1579. equos, & homines interdum curantem:  
apud quem permagnus liber inventus est, pilis equorum,  
boum, & aliarum bestiarum coloris cujusque plenus. Hic si  
quod equo sortem in equum injecerat, consulebatur, & de pilo  
equi illius habens, ita curabat illum, ut sortem alteri traderet:  
sed pecuniam non accipiebat, ut quae curationi offerret. Cum in  
equum nobilis cujusdam viri coniecisset sortem, cum cura F  
vit, traductus in servum equum viri fortibus, cum cura F  
petit, Servum, an equum amittere mallet? Caterum nobili in  
deliberando cunctante, interijt servus.

**VITAM CONSERVARE.**

Cum Amurathes II. Turcorum Imperator in contentione  
sacerdotum cum religiosis, pro sacerdotibus pronunciasset,  
vota, & elemosinas populi ipsis merito, ut regno magis ne-  
cessarius, debent: Religiosi supplicarunt, ne hanc sententiam,  
priusquam paulo diligentius fecum hanc rem discuterent, pro-  
mulgaret. Adject Rex septem dierum inducias. Inter ea, Rex  
nocte quadam furgens secreto rem locum petiit, ac sedens, ex  
tabula quadam praecipitatus in cloacam, cum nullum auxi-  
lium praefens esset, sanctum aliquem, qui huic necessitati opi-  
tularetur, invocavit. Et ecce habitu religiosorum quidam ap-  
parens: O Amura, inquit, ubi illi sunt, quos regno tuo per-  
neceffarios judicasti? cur hi necessitati non succurrunt? Num-  
quid illi praefendi, qui ubi virtus humana defecit, invo-  
cantibus se ultrò offundunt? His dictis, Regem lecto suo il-  
lud restituit, evanuit. Mane Rex acta nocturna revolvens,  
convocatis omnibus religiosis, quos habere poterat, &  
diligentissimè inquisivit, si forte cum inveniret, qui sibi opi-  
tulari esset. Cum autem talem non inveniret, accessit eum  
major inter religiofos dicens: Ne mireris, si ille, qui nocte  
tibi opem attulit, hic non appareat. Unus enim communem  
omnium causam egit, quoniam de nostra salute fuit tracta-  
tum. Ex hac illusione Rex in eam venit mentis alienationem,  
ut filio Mahumete ad huc impubere regno praefecto, in Ma-  
missam urbem, ubi multitudo religiosorum erat, secesserit, re-  
ligionique operam dederit. *Cuspinianus.*

**RESURGERE A MORTUIS.**

D. Clemens scribit, Simonem Magum Neroni Imperatori  
dixisse, ut sibi cervicis juberet abscindi, se enim tertio die re-  
surrecturum esse. Quod cum Nero (ut videbatur) fecisset, eum  
die tertio revertisse. Neronem verò miratum, ei statuum Ro-  
mae posuisse, cum hac inscriptione, Simoni Deo sancto, & ex  
eo tempore in artes magicas summo studio incubuisse. Simon  
certè Neronis oculos sic fascinaverat, ut arietem ejus loco de-  
collarent. Simile est, quod narrat Apulejus de tribus homini-  
bus, quos à se putabat occisos, cum tres hircinas pelles à Pam-  
phila saga fascinatatus confodisset. *Bodinus.*

**DÆMONES, MANES MORTUOS.**  
Spectra, vel

**ELICERE, EVOCARE.**

Mulier Pythonissa, Saul Rege petente, Samulem Prophe-  
tam excivit, à quibus superstitiosus Rex imminentem cladem  
sibi, suisque agnovit. *1. Reg. 28.*

Apion grammaticus cynocephala herba (quae in Aegypto  
Ostitres vocatur, & contra omnia veneficia pollet: sed ille, qui  
eam eruerit moritur) umbras Homeri evocavit, ut sciret, qua  
patria, quibusque parentibus genitus esset. Non tamen ausus  
fuit profiteri, quid sibi respondisset. *Plinius lib. 30. c. 2.*

Candidae, & Saganæ veneficia. *Horatius lib. 1. Satyr. 8.* de-  
scribit.

Vidi egomet nigra succinam vadere palla  
Candidam pedibus nudis, passoque capillo,  
Cum

**A** Cum Sagana majore ululante: pallor utraq; fecerat horrendas aspectu, scalpere terram Unguibus, & pullam divellere mordicus agnam Caperunt: ceuor in fossam confusus, ut inde Manes elicerent animas responsa daturus. Lanae, & effigies erat, altera cerea, major Lanae que panis compegeret inferiorem, Cereae suppliciter stabat servilibus, utque Jam peritura modis. Hecatem vocat altera, sevam Altera Tiphonem: serpentes, atque videres Infernas errare canes, lunamque vubentem, Ne foret bis testis, post magna latere sepulchra, Simon Magus pueri incorrupti, & violenter necati animam adjuramentis ineffabilibus a se vocatam assistere sibi, & per eam omne, quod juberet, fieri jactabat. Nimirum familiaris illi erat diabolus, quem pueri animam esse praedicabat, ut divinitatem suam mentiretur cautius. *Clement. lib. 2. Recognit.*

Apollonius Tyaneus veniens ad tumulum Achillis, obtestatus est Achillis manes, ut sibi antiquam suam imaginem demonstrarent, Leviter itaque tumulus intremuit. Mox juvenis quidam apparuit, primo statua cubitorum quinque, paulo post duodecim, pulchrior, quam dici possit. Interrogavit autem eam quidam frivola. Videns ergo adolescentem nimium lascivientem, cognovit eum a demone occupatum esse. Compulsi itaque demonem corpus ejus relinquere. Quo discedente, in rei hujus signum statua quadam proxima cecidit. *Philostrophus in vita Apollonii Tyanei.*

Refert Porphyrius, Plotinum aliquando magistrum suum, ab Ildis Sacerdote Romae invitatum, pollicitumque illi ostensurum propriam imaginem, quod & alius facere solebat. Itaque cum venisset Plotinus, & ille peregrisset confecta facera, apparuisse genium: & continuo Sacerdotem exclamasse, Beatus es, Plotine, qui pro demone genium habes Deum. *Cardan. de Rer. variet. l. 16. c. 93.*

Jamblichus Philosophus cum discipulis suis accesserat Cadara, thermas in Syria, secundas a Bais in Romano imperio obicentes, quibus nulla balnea comparari possunt. Isthic cum lavaret nata de balneis desceptatione renidens Jamblichus, iussit discipulos sciscitari ab indigenis, quibus jam olim nominibus donati fuissent duo de callidis fonticulis minores, fed ceteris elegantiores venustioresque. Illi negant se posse causam nominum rescire, uni tamen Amorii nomen esse, alteri Anteriori, Deo amantium injuriae vindicari. Concessit ipse contacta manu aqua (sedebat enim foratorem in crepidine fontis, ubi repletur, ac superfunditur alveus) paucis admurmuratis verbulis, de fontis imo pusionem excitavit, candidum, commoda statura, capillitio in solum aurum tincto, dorso cute nitida, qui totus lavanti, aut loto assimilis erat. Attonitis rei novitate comitibus, ad proximum fonticulum tranfrens, ibique eadem, quae prius, peragens, alterum Amoreum evocavit, priori per omnia similem, extra comas nigrantes huic magis, & rutilas, per collum sparsas. Ambo pusiones circumfusi archis complexibus, Jamblichus velut naturali patri inharebant. Quos ille in proprias suas sedes de vestigio restituit, lotusque excecit. *Eunapius in ejus vita.*

Basilus Imp. majoris natu F. Constantini desiderio ita tenebatur, ut post mortem omnino vivum cuperet videre. Monachus quidam Theodorus, cognomento Santabarinus, in metropoli Euchaitarum praepositus, se Regi filium monstratum viventem inter frondosa virgulta equo insidentem promiserat. Sultus pater spectrum amplexatus est, eidemque Monacho deinceps tantum credit, ut etiam filium Leonem, quem jam diademate ornaverat, ob suspicionem carceri incluserit. *Zonaras.*

Cum Joannes Teutonius, eruditionis opinione ad Halberstadensem canonicatum erectus esset (ad quem alioqui non nisi nobiles, & legitimo loco nati admittuntur) ad collegis ob ignobilitatem spernebatur. Ille ut hunc contemptum a se amoliretur, convivio eos splendidissimo excepit, & captata occasione, Vellentem singuli suos videri patres? interrogavit. Id cum illi se vehementer cupere dicerent, arte magica umbras excitavit deformes, coqui, stibularii, morionis, rustici personam gestantes, quarum facies in paternis aedibus, aliquando se vidisse fatebantur convivae. Ad extremum, suum quoque patrem excitavit, habitu canonici, aequaliulo pingui. Dimissis umbris, Eccejus tandem patrem nobiliorem esse judicarent, convivis interrogavit. Illi metu territi, pudore suffusi, suas

quique domos repetiere, nec ultra Joanni molesti fore. *Joan. Agricola in prov. Germ. Qui, quae vult, dicit, quae non vult, E audit.*

C A P E R E.

Fabulantur duos lates, Picum, & Faunum, in montem Aventinum, cum nondum comprehensus muris esset, vel habitaretur, fontibus autem largis scateret, & lucos haberet opacos, commeat solitos: eoque Numam Pompilium comprehendisse, cum fontem, ex quo potare solebant, vino miscuisset, & melle. Captas in varias fed verisfe formas, effigiem suam deposuisse, novaque induisse, & inenodabili fenferunt, cum alia multa praecinnisse futura, tum fulgurum procuratorem, qua cepis, crinibus, & maznis peragitur monstrasse. *Plut. in Numa.*

I M M I T T E R E.

Michael Scidites magus, Manuele Commeno imperante, in balneo lavans Constantino poli, rixari cum quibusdam coepit, mox egressus est. Paulo post, & ceteri anhelantes praerupti, ac festinatione invicem concalantes procurerunt, cum ex canali calidae aq; viros plancis nigrioris exillisse dicerent, a quibus, nates ipsorum plantis pedum scrientibus, balneo exacti essent. *Nictetas lib. 4.*

P E L L E R E E X H O M I N I B U S.

*Vide Tit. Damaoniaci curati.*

Apollonius Tyaneus dicitur diabolos abegisse, seu potius diabolum illi paruisse, ut cum veniati antagonisiam Christo Opt. Max. opponeret. Tot certe his praestigis discipulos adeptus est, ut Eusebius octo libros contra Philostrophum Apollonii praecone coactus fuerit conscribere. *Baro. lib. 1. Annal. Apud Leonem Africanum legitur, ut Magis, (quos Afri vocant Muhazianis) post ductos aliquot circulos, & characteres in fronte damoniaci, interrogatumque demonem, dati mandatum ei, ut exeat, & statim exire illum, quod item scribit Sprangerus de Germania forilegis. Quo facto Satanas, qui nihil nisi corpus ante tenebat violenter, in tranquillam animae possessionem mittitur.*

Scribit in dialogo Caesarius Colonienfis cujusdam filiam ab incubo spiritu maligno agitatam, ex phrensif laborasse: motum autem patrem illum effecisse, ut filia trans Rhenum deportata migraret. Sic diabolum a filia decessisse, verum parentem adeo contudisse, ut post triduum vitam amitteret. *Loci certis.*

Spartiatius eum data dictio est, ut placarent Pausanias manes: accessit ex Italia Pŷchagogi rebus divinis perpetratis simulachrum ex delubro abstraxere. *Plutarcius de Tarda Dei vindicta.*

Porphyrius de balneo quodam demone, ab indigenis Caufathan nominatum, ejecit. *Eunapius.*

I N A L I A S F O R M A S C O N V E R T E R E, H O M I N E S N E M P E S E I P S O S.

Proteus Marinus Deus, Thetis similiter Nereidum una in varias sese formas convertendi facultatem habuere: in pristina deprehensi forma praedicabant futura.

Cum Erichthon Aethon Theffalus, omnia sua bona ob suam assiduum famem divinitus immisfam deglutisset, Meffra filia ejus sefe tamdiu in variis formis vertebat, quamdiu a patre venderetur, ut ejus fami succurreret. Perichlymenus Nefei, & Polymela filius, ac frater Nestoris id munus H a Neptuno impetravit, ut in omnia, quae optaret, converti possent. Musca factus, ab Hercule Pylum oppugnante occisus est, prodente Pallade. *Natalis Comes Mythologiae lib. 8. c. 8.*

Medea, cum Peliam Theffalorum Regem suis dolis nece-tata esset in gratiam Jafonis neptis Peliae, cujus ille patrem occiderat, formam suam mutavit, capillos canos fecit, & faciem, corpusque rugosum, ut aspicientibus anus videretur: mox in juvenilem proterum speciem restituit, ut ita fidem faceret artis potentiae. *Diod. l. 4. c. 3.*

De Meeri venefico *Virgilius in Bucolicis* sic ait: *Has herbas, atque haec Ponto mibilella venena Ipse dedit Maris: nascuntur plurima Ponto. His ego sepe lupum fieri, & se condere Jyvois Marim, sepe imi animas excire sepulchris, Atque satas aliud vidi traducere melfes.*

Pytha-

Pythagoras aliquando in theatro sedens, ut Aristoteles re-  
**A** fert, surrexit, & tessoribus demonstravit femur suum au-  
reum. *Apoll. in mirab. hif.*

*Mela, & Herod. lib. 4.* de Neuris Scythiae Europae gente scribitur, statum singulis tempus esse, quo si velint in lupos, iterumque in eos, qui fuerit, mutantur.

Catanus, five Bajanus filius Simeonis, qui Bulgaribus dominabatur, in arte magica adeo valebat, ut quoties vellet, lupos, vel quaelibet fera fieri videretur. *Sig. in Chron. circa ann. 970.*

Frotho III. Danorum Rex, victoribus clariss. in Jutia tanquam in capite Regni sui, magni ponderis auram armillam trivius affigi curavit, indicata se fe probitatis, experimentum tam insignis praeda documento daturus. Cujus irritamentum quancum improbas lacefferet mentes, ac sinistra sollicitaret ingenia, fuperabat tamen indubitus periculi metus. Maga quadam filium petenda furtim praeda cupiditate sollicitavit, impunitatem promittens, quod Frotho lato proximus esset. Rex contumelia ea laceffitus, ad diripiendum matrona penates contendit, praemissis, qui eam cum liberis comprehensam adducerent. Quod praefrens femina, in equum fe convertit: mox vero accedente Frothone, maritima bovis specie assumpta, passum in litore vagabunda petere videbatur: filios quoque in vitulos convertit. Cujus monstri admiratione Rex captus, circuiti ipsos, redituque eis ad undas negari jubet: denique vehiculo, quo ob senium utebatur, egressus, huius confedit. At mater, praeterea corru Regem adorta, alterum equum latius confodit, quo vulnere exanimatus est. Milites jaculis portenta configunt, iisque interemptis, animadvertent humana cadavera feminis capitibus praedita esse. *Saxo lib. 5. & Crantzius lib. 1. Danicae, cap. 32.*

In Prussia, & Livonia, & Lituania veneficorum maximus est numerus, qui festo Nativitatis Christi sub noctem deposita in certo loco hominis forma, lupi assumunt faciem, & in sylvis tuficorum aedes aggrediuntur, expugnant, cerevisia dolia cibunt, pecora jugulant. Locum illum deinceps incolenda duntiarbitratur, tali divinationis genere, ut si alicui in eo quid averteri contigerit, & is veluti vehiculum obyertatur, atque nibus iniiciatur, per suam habitum, eum illo anno moriturum, quemadmodum id a multis temporibus per experientiam explorarunt. Intra Lituaniam, Samogitiam, ac Curoniam est paries quidam ex quodam castello diruto reliquus.

**C** Ad hunc certo anni tempore aliquot millia luporum conveniunt, ac unoquoque agilitatem in saltando explorant: qui hunc parietem transilire nequiverint, qui pinguioribus fetere event, flagellis ab eorum praefrens caduntur. Denique constantiter affertur, inter hanc multitudinem etiam magnates, atque ex prima nobilitate viros versari. Illustrat idipsum exemplis *Olaus lib. 18. cap. 45. & seq. afferens Ducem Prussiae, tali veneficio parum fidei adhibentem, quemadmodum hujus maleficii peritum coegisse, ut in lupum fe transformaret, eumque mox igni exussisse.*

In Livonia quotannis sub finem Decembris Magi omnes citantur, ut loco certo compareant: si cessant, ad diabolo ictibus ferrea virga ita tractantur, ut vibices eiant. Praetere ducenti ajunt, myriades sequi tranantes fluvium: eoque trajecto mutari in lupos, in homines, & in pecora involare, & innumera bilia damna inferre post dies duodecim eodem fluvio remeare, & humanam formam recipere. Hanc atrocissimam ex mercatoribus G. Peuceus tradit. Confirmat idem Languedas Burgundus. *D. Bod. lib. 6. Daemon. cap. 6.*

Alios.

Scriptum reliquit Audratus Tenedius in navigatione Propontidis, Joenachi fl. vel Nepruni & Ismenes Afopi filiam, no modo non fuisse perfunctam Junonis sacerdotio, ut nonnulli putarunt, sed etiam fuisse scortum, quae veneficis Jovem in amorem irretire nitere, ut est etiam apud ex narrationem Theocriti. Ad quam rem lyngis, Echus, five Suadela, & Panos filiae opera usa fuit. Re cognita, Inyx in quem sui nominis a Junone fuit conversa, utilen veneficis, qualem ob caude assiduum motum vocant. Latini motacillam. Hanc venefica mulieres cereae rotae annexam super carbonibus, cum quibusdam excretionibus torrent & comburunt. Fabulantur hanc datam fuisse Jafoni a Venere, quo tempore navigavit in Colchos, ut Medeam in amorem sui alliceret. *Nat. Com. lib. 8. c. 16.*

Juno adversis Venerem zelotypia capta, illius uterum per dolum contrectavit, fecique, ut deformem puerum pareret, *L. B. Theatr. vitae Hum. Thom. V.*

qui ingens haberet pudendum, quem nominavit Priapum, ut ait *Palladonius in libro de Herobis, & demonibus.*

Amphitrite Scyllam, Phorci, & Heceates filiam, quod cum Nepruno rem habuisset, pharmaco injecto in fontem, in quo fe lavare confueverat, in furorem egit, ut sese in mare praecipitaret, & in monstrum marinum converteretur. *Nat. Com. Mythol. l. 8. c. 12.*

Servius indicat, Scyllam Phorci, & Crateidis nymphae filiam fuisse. Hanc cum amaret Glaucus, Circe, quae illius amore tenebatur, fontem, in quo lavare confueverat, magicis venenis infecto. In quem cum illa descenderet, pubertus in varias mutata est formas. Horrens inde semetipsam, sese in mare praecipitem dedit, ac fabula praebuit argumentum. Salustius purat esse faxum in mari prominens, quod procul visentibus multibrem formam exhibeat, in quod illi fluctus, quoniam & luporum ejulatum, & canum larratum videntur imitari, sine tunc illam a pube hujusmodi feris succingam esse.

Circe, Solis, & Perfe Nymphae filia, Poetarum fabulis dicta est commutasse socios Ulyffis in porcos. Habitavit autem non procul a Cajeta, Campaniae urbe. De cuius praestigis sic scribit *Boetius.*

<i>Vela Naritii Ducis,</i>	<i>Et vagas pelago rates</i>	<b>F</b>
<i>Eurus appulsi insulae,</i>	<i>Pulchra quae rehdens Dea</i>	
<i>Solis edita semine</i>	<i>Misere hospitibus novis,</i>	
<i>Tacta carmine pocula,</i>	<i>Quos, ut in variis modis</i>	
<i>Vertit herbipotens manus</i>	<i>Hunc apris facies legit</i>	
<i>Ille Marmaricus leo</i>	<i>Dente crescit, &amp; unguitus:</i>	
<i>Hic lupis superadditus,</i>	<i>Fere dum paxat ululat:</i>	
<i>Ille, tigris ut Indica,</i>	<i>Tecta mitis obambulat.</i>	

Medea Aionem patrem Jafonis jam senio confectum, suis artibus reduxit ad juventutem.

In S. Clementis historia legitur per Simonem magum effectum esse, ut Faustianum amicorum nullus agnosceret. *Vincent. in Speculo lib. 3. c. 109.* scribit, duas in Germania cauponas fuisse Sagas, quae hospites solebant in bestias vertere. Cum itaque histronicum adolescentem in asinum convertissent, qui (ut erat rationis compos) voluptates mille viatoribus exhibebat hunc magno fuisse a vicino emptum: illas tamen dixisse, se non praestituras: nam eum, si flumen accederet, amissum iri. Asinum itaque die quodam elapsum, in lacum proximum abiisse, & simul humanam formam recepisse. Id Petrus Damianus, vir sua aetate inter primos numerandus, cum rem sciscitatum esset diligentissime ex hero, ex asino, ex mulieribus Sagis, & iis, qui asinum elapsum, ac restitutum viderant, Leoni VII. Papae narravit: & postquam diu in G utramque partem coram Papa fuit disputatum, hoc tandem posse fieri, fuit decifum. Atque hoc quidem pacto confirmari posset illud, quod apud Lucianum, & Apulejum licet atheos homines in asinos verfos legitimus, qui hoc libi ajunt a Larifaeis mulieribus Sagis accidisse, quas ideo inviferant, ut cognoscere, an hoc verum esset. *Bod.*

Itaque quaedam mulieres, oblatris cibus quibusdam humanas mentes ita perstringebant, ut illis ea, quae non erant, esse viderentur. Hoc a Praestantio se audivisse, *D. August. lib. 18. de Civit. Dei, c. 17.* scriptum reliquit. Narrasse enim Praestantium dicit, ipsius partem hujusmodi maleficus cibus per has mulieres forte correptum, statim gravi fapio expurgit nullis remediis ac post multos dies, quorum fapio judicium iudicium: unquam potuerat, narrasse se per id tempus equi habuisse speciem, ac semper frumenta tulisse, addebat etiam portandi tempus, locumque, & quomodo tulisset. Quarum rerum cum postea veritas inquiretetur, aiebat inventum esse, quod equus, ejus speciei, qua Praestantii pater dixerat, eo tempore H re, eo loco, frumenta sua tulerat, quibus ille dicebat. Idem in Puella Aegyptia ostensum fuit, cum parentes in equam mutatam, ad S. Hilarionem duxissent, quam is brevi in striffrinam humanam speciem restituit. *Fal. l. 8. c. 11.*

Legimus apud Guillelmum Tyri Archiepiscopum, juvenem Anglum militem in Cypro fuisse a Saga transformatum in asinum: qui cum in navem ad socios volens remeare, fustibus abactus esset, ad Magam rediit: itaque illam eo usam esse, donec asinus in Ecclesia visus est in genua procidere, caque facere, quae ab animante bruto nequeunt fieri: tum Magam, quae agebat ipsum, ex fuspitione ad iudices raptam, eo triennio elapfo restituisse, & morte affectam esse. Sed & de Ammonio Philosopho Peripatetico Origenis praepceptore legitimus, asinum lectioni ejus interfuisse. *Bodinus.*

INANIMATA.

A Trifalcanus Cenomanus Comes artificio suo, quod coram Rege Gallorum Carolo IX. exercuit, animum Regis, quem sibi conciliare studebat, percussit: nam orbis torquis aurei protulit in manum suam colligere videbatur, etsi ille integer mansit. Rex territus statim eo exire, & supplicium de eo sumi iussit. Bod. lib. 3. Dam. c. 3.

Idem de Curione quodam presentibus parochis dixit, Videre istum hypocritam, qui fingens se breviarium ferre, ferret chartas luforias. Tum Curio volens ostendere, quid ferret, visus est sibi habere chartas luforias, adeoque rubore suffusus breviarium abiecit. Supervenientes vero paulo post alii, hibrum ipsum ea, quam habebat, specie repperunt. Nempe multis in rebus Satanas illudere, non tamen singulorum oculis perstringere potest. Idem.

Petrusissimus quidam prestigiator, de quo in oppidulo Berber, tria millia passuum Colonia distante, sub Comite Vvarnero a Riffelcheid supplicium sumptum est, insolitis aera sudum fulminibus cire, tonitru, grandinem, & tempestates inferato excitare, homines detrimento gravi afficere, fruges exantare, fegetem alio transferre, maribus virile robur adimere, etiam se ex homine in lupum, cingulo, quod remunerationis locum, abjurata Christo fide, a Dæmone acceperat, cinctus, toties, quoties voluit convertere potuit. In qua sua metamorphosis, seu Licantropia tredecim homines lanaviat, & devoravit.

INVISIBILEM REDDERE

SEMETIPSUM. Consule Tit. eorum, qui Disparuerunt. Illic Effectus in Corpore, hic Efficiens causa consideratur. Res alias.

Apollonius Tyaneus Magus, cum in Tigillini manu libellus esset, in quo ipse accusatus continebatur, prodigiosus effectus, ut aperius liber nulla in parte scriptus inveniretur. Philostratus.

Michael Sicidites itidem Magus, imperante Manuele Comeneno, earum rerum conspectum eripebat, quas oculi intuebantur. Nicetas lib. 4.

INFESTARE VIAS.

Prope Elten pagum, milliare medium ab Embrica, in duceu Cliveni distitum, circa viam regiam ante annos circiter quadraginta duos demonium viatores miris, variisque exercebat modis, cadens, vel ab equis deiciens, seu vehicula subvertens: nec aliud unquam videbatur, quam manus effigies. Eoercken huic nomen indebatur. Vicini increduli, ne, satis hoc demonii ludibrium exercitiumque dignoscetes, ad Lamiæ maleficium reculerunt id facinus. Quare manus mulieri Sibyllæ Duiscops nomine, servituti iure Comitum Montensis mancipata iniicitur: eaque tandem exulta, desit vexatio. Vitruv.

CONVIVIA INSTRUERE.

Brachmanes convivia vasis epulique apparatusissima struere, Apollonius Tyaneus affirmavit, cum tamen, qui apparando convivio, ferendis, mutandisque ferculis ministrarent, nulli conspicerentur. Philostratus.

Fertur, Numa aliquando frequentes cives invitasse ad epulum, fordidaque vasa, & cœenam planè frugalè plebejamque apposuisse. Cœna intulisse sermonem, deam sibi familiarè adesse, ac repente domum ostendisse poculis instructissimam preciosissimam, mensaque epulis variis, atque apparatu magnifico affluentes. Plut. in Numa.

D Iradunt, Pafetem quendam, prestigiarum, & magiæ peritia primum nomen meruisse. Is incantamentis quibusdam efficiebat, ut repente convivium omnibus instructum partibus adesse videretur: rursum ubi libuisset, omnia protinus evanescebant. Erubat autem frequenter, preciumque rei numerabat, verum mox nummum non apud venditorem, sed apud Pafetem reperiebatur. Huiusmodi sermè tradit Suidas. Inde Proverbum Pafetis semibolus, de re nova, utpandaque, & prestigis simillima. Eras. in Adag.

Gulielmus Neubergerus lib. 1. c. 19. mira de Eonis hæresiarum, qui è Britannia in Gallias venerat, ann. 1148. prestigis narrat, quod in hominum oculos fascinarit, ut magnam videretur hominum multitudinem penes se habere, & regni delicias eorum, & apparatus splendidissimi abundare. Sic demerenti homines cum magno numero comitabantur, & venerabantur.

Vivunt adhuc memoria nostra plurimi, qui Comitem quendam Asprenontensem norunt, omnes domum ad se venientes E tractare magnificè, excipereque solitum, adeo ut exquisiti cibi, officia, omniumque rerum copia omnibus eo divertentibus satisfacerent: sed homines illos, & equos, cum primum inde exissent, famem, & sitim maximam percepisse. Idque in multis adhuc superstitibus se audivisse scribit. Bodinus lib. 2. cap. 4. Dæmon.

MOVERE CORPUS, TUM

PROPRIMUM. SIVE. In Aere. Puta. Elevando, Ascendendo.

Jamblichus Syrus Philosphus, inter fundendum preces ab humo plusquam decem cubitis sublimis attollebatur, corpus, & vestimentum in aureolum colorem migrabat. Finis precibus, in pristinum redibat speciem, & ad terram descendebat. Eunapius in ejus vita. Magica nimirum contemplationis hæc erant. Iudibria.

Adesio, Chrysanthii Philosphi Sardiani F. corpus in motu ita fuit agile, ut fidem omnem superaret, planèque juxta Poetas in sublime rapum efferretur. Eunapius in Chrysanthio.

Magdalena Crucia Hispana Monacha, per tres cubitos, & F amplius in sublime, Satanz. cui se dederat, prestigis sepe in conspectu populi efferrebat. Cassiodorus Renius.

Vierius in Germania visum tradidit fuisse Hominem, qui cœlum versus ascendebat, & traheret post se uxorem, atque ancillam, hærentes pedibus, hanc hæra, illam viri, cum maxima populi admiratione. Bodinus in consut. opinion. Vierii.

Volando.

B. Thomas Aquinas, Durandus Hervæus, Bonaventura Tarrantasius, & Geraldus Odetus, qui in secundum librum distind. 8. Magistri sententiarum quaestione hanc explicarunt, omnino confirmant, Corpora a diabolis naturalis potentia de loco in locum transportari.

Medea Corintho fugiens, à draconibus in aerem sublevata, Athenas devolvit, nuptis Ægeò: ejus filium Theseum potavit Cerberi spuma: cujus insidias fugere compulsa, in Syriam venit, & regias denuò consecuta est nuptias. Medus filius, ex Ægeò susceptus, Medis imperavit. Diodorus lib. 4. cap. 3.

Pythagoras Crotoæ, & Metapontis, eadem die, atque hora aliquando visus est. Apollonius in Mirab. hist.

Apud Philostratum legitimus, Apollonium Tyaneum à Nigeli fontibus in Æthiopia fuisse brevi spacio Romam exportatum, id est (ut rectè contendas) in bis millesimum quingentesimum milliare: item Roma Corinthum, Smyrnaque Ephesum. Romæ cum in palatio publico custodiretur, apud Domitianum accusatus, ab ejus conspectu evanuit: ac Puteolis eo die inventus est, quo comitem suum pramiserat, atque ut illic se expectaret, mandarato.

Cum coram Mathia Corvino Ungariæ Rege Viennæ in artis magiæ disputationem quidam incidissent, Mathiam dixisse ferunt, in captivitate sua matrem de se ita fuisse sollicitam, ut Cursorem inveniret, qui sex horarum spacio ex Ungaria Pragam ad se profectus fuisset, totidemque redierit, literaque, & responsa retulerit. Bonfin. lib. 9. Dec. 3.

Apud Paulum Grillandum Jurecof. Italum, qui de multarum maleficarum factis cognovit, legitimus anno M. D. XLVI. non procul à Roma rusticum extitisse, qui postquam nudam uxorem suam se in unguentum vidisset noctu, sublatamque oculis domi non invenisset, eam postredie arrepto baculo non destitit percutere, donec rem lateretur: sed veniam ea lege dedit, ut se quoque in cœtum illum uxor deduceret. Ea postero die virum unguento suo curavit oblini, & uterque insidentes hircis provenerunt in cœtum velocissimè. Virum autem uxor pramonuerat, à nomine Dei plane abstinentium esse, nisi per ludibrium, blasphemiamve diceretur. Igitur in cœtu verstantem mulier seorsim aliquantisper jussit consistere, ut subulam totam cerneret, donec ipsa principem salutatamque magnificè ornatum, maximaque virorum, & mulierum corona cinctum, honorem illi clientelarem exhibentium. Eo facto, salutationem institutum in orbem vidit, ore extorsum obversum, ita ut non viderentur alter faciem alterius, forte eo consilio, ne se mutuo possint commode observare, atque agnoscere, quos illi indicent, si ad iudicium manus pervenerint. Quod etiam Trifalcanus Magus Carolo IX. Regi, spe data venit, ut socios indicaret, (expoliuit.) Post salutationem intrate fuerunt

runt mensæ, cibi appositi. Mulier tum admonuit virum, ut Principem saluaret: deinde, ut cum aliis accubit mensæ, videns cinobis infalsos esse, & in mensis desiderari falem, clamavit contemneret, donec sal ( ut videbatur ) allatus esset. Quem antequam gustavisset, dixit: Hor laudetur Deus, cum sal allatus sit. Eo dicto evanuerunt statim ab oculis omnia, homines, cibaria, mensæ: ipse solus remansit nudus, nesciens ubi locorum esset: cumque illuxisset, à pastoribus cognovit se in Comitatu Beneventano esse. Hæc sub nocte gesta ad centesimum milliare ab urbe Roma: unde proficiens ille, panem, & amictum coactus est mendicare, & octavo demum die pervenit domum, uxoremque accusavit cum focis.

Idem auctor est anno M. D. XXXV. adolescentulam in Spoletano Ducatu tredecim annos natam à Vetula quadam in Magorum cœtum sic perductam esse, miratamque conventum adeo numerosum dixisse, Dio benedictio, che cosa è questa? Deus benedicite, quid hoc rei est? Simul atque pronunciasset ista, evanuisse omnia: miseram diluculo à quadam rustico inventam ei rem totam enarrasse: eum deinde ad suos puellam remisisse, & Magam ab ipsa accusatam igne sublatam fuisse. Bodin.

In libro tertio Antonii de Turquameda Hispani legitimus, voluisse Magum quendam socio loco persuadere, forte ipsum beatissimum omnium, si crederet sobis, & Magorum conventus adiret. Ut autem consensit sociis, Magum de nocte post aliquot vocas molam focis prehensisse, & utrumque clamum in aera pulum fuisse in cœtum transectos, in quo viri, & mulieres innumeri circumstant thronum, cui maximus insidiabat hircus: ad hujus pedicem osculandum omnes accersisse. Novitium cum videt istud, socio dixisse, inelamasse repente Deum, voce quam maxima: tunc irumpente turbine, procellaque vehementissima, disparuisse omnia, illum solum subsistisse, & trinitium totum consumpsisse, antequam in agrum folum reverteretur. Idem.

Vir quidam tenuis, cum Uxorem interdum, bonam noctis partem emanere animadverteret, prætextentem se, aut ad exonerandum alvum egredi, aut ad lavandum cum vicina, eum necem interminatus est, nisi locum, quo proficisceretur, indicaret. Illa rem, ut erat, confessa est. Atque ut explores, & videas hæc ita se habere (inquit) si volueris, eodem venies. Tradidit ergo illa ei unguentum, & pronunciasit aliquot vocibus, diabolus eos Lochis in arenarias Burdegalenses, quæ à Lochis minimim quidecim diem abfuit exportavit. Videns itaque vir se in Magorum, & diabolorum (humana specie aspectus tamen horrifici) frequentia verlati, dicere cepit. Deus mi, Ubina sumus? Hoc dicto, repente cœtus disparuit. Ille nudus reversus Lochias ad Quæstorem rerum capitalium contendit recta, & foemina accusavit. Idem.

Lugduni ante paucos annos Mulier nobilis surrexit de nocte, accendit lucem, arrepta pyxide inunxit sese, & post voces aliquot clara est. Hos ritus fieri observans mœchus, qui cum ea cubaverat, lucernam capit, pervestigat undique: & ea non inventa, cum solam unguenti pyxidem reperisset, curio animo exploraturus, quid unguentum posset, fecit prout fieri animadverteret. Ita statim clatus, comperit se, cum Magorum cœtu esse in agro Lotharingiæ: consternatus, cum primum Dei opem implorasset, evanuit totus cœtus. Ille verò solus, atque nudus Lugdunum reversus, maleficam accusavit: quæ confessa rem totam igne perit. Idem.

Nobilis quidam vir non ita pridem Meloduni, & molitoris verbis, & sua ipsius curiositate adductus, cœtum maleficorum adit. Sed quoniam perhorrescebat metu, quamvis non invocaret Deum, Diabolus maxima voce inelamavit: Quisnam hic metuis? Volente igitur nobili viro discedere, ex oculis evanuit cœtus omnis. Idem.

In Mari.

Oddonem, Danicum piratam, tradidit Olaus in hist. Septentrionalium, abique carina altum pererrasse mare, & hostilia sæpe navigia concitatis carmine procellis eversisse: ac postremo periclitio hoste circumventum, gurgite submergitum fuisse, qui marinos voraces prestigiosis carminibus olim calcare consueverat.

Ollerus magus, in Svecia (ad trasiendæ maria) osse, quod dicit carminibus consecravit, navigii loco utebatur. Saxo lib. 3.

Othimus magus, Hadingum Danicæ Regem magis præstitit. L. B. Theatr. vitæ & Hum. Thom. V.

giis turpiter illufum, atque longius familiaribus avulsum: tum equo per vasta maris spacia ad propria reduxit. Hadingus Eter amicali ejus rimas, sub quo trepidus delitesceret, animadvertit, equinis freta patere veltigis. Olaus lib. 2. c. 9.

In Equo.

Egyptius quidam prestigiator Constantinopoli sub Andronico Seniore equo insidens, ad cursum illum extumulabat, eoque corrente nunc erectus in sella stabat, nunc in equi juba in fronte, nunc in clunibus, pedibus semper dextrè implexis, & velut avis in morem volitans. Nunc ex equo corrente descendens, eoque cauda prehensa insiliens, rursus in sella sedens conspicebatur, & inde rursus ex altera sella parte se dimittens, & circum equi ventrem se circum agens, facillè ex altera parte ascendebat, ac rursus in eo vehebatur. Quibus rebus cum occuparetur, ne id quidem negligebat, ut equum flagello ad cursum incitaret. Gregoras lib. 8.

In Præcipitiis Fumis.

Andronici senioris Imp. & Andronici ejus nepotis tempore, Præstigiatores quidam Ægypto Bizantium venerunt, artem suam ostentantes. Navis oneraria malos binos, vel ternos fumibus hinc inde in solo quopiam firmabant, ne in alteram partem inclinarent. Deinde funem alium ex unius mali cacumine in alterius cacumen extendebant: prætereaque, alium funem à solo ad cacumen circumplantes, gradus aliquot, quibus ascendere, faciebant: per quos unus ex eis, cum evasisset, nudo cacumini mali insiltebat, nunc alterum pedem, nunc ambos versus cœlum extendens, caput verò deorsum versus mali cacumen inclinans: post subito saltu facto, unaque manu fune fortiter comprehenso, inde pendebat, & ita sæpe sese rotabat, & circumagebat, sursum versus cœlum, & infra versus terram paulo momento, & continenter trochi in morem. Deinde inlexo crure, manus vice fune prehensio, supinus dependebat, atque in eo rursus eodem modo se circumagebat, & rotabat. Mox erectus in medio fune stans, arrepto arcu, & sagittis, ad scopum eminus positum collineabat, adeo solerter, ut qui humi consisteret, melius non posset. Deinde clausis oculis, accepto in humeros puero, in sublimi fune ambulabat, ab altero fune ad alterum. Gregoras lib. 8.

Card. Com. de Subtilitate, tit. de Mirabilib. Circulatorum quorundam agilitatem, simul atque robur, explicat. Vir, inquit, & audax, & exercitatus, super funem distentum admodum nudis pedibus inambulabat, dextra, levæque pondus decem, aut quidecim, vel etiam viginti librarum plumbeum continens, cum ad dextram inclinatur, interitus operi (ob hoc audacissimum esse oportet) sinistram intendit, ac extendit, remittit, ac contrahit dextram: ita antequam vi dextra præponderet sinistram, pondera æquat, & corpus reducit ad æquilibrium, inde sensim & pondera, & brachia pristino statui restituit.

Quidam Puer spheris ligneis pedibus suppositis, aliquando etiam sacco inclutus totus præter brachia, super funem inter cacumina turrim extentum, maximo nostro pro illius vita metu, ambulabat. Alius etiam ascendebat ab imo solo ad turrim, quod difficillimum est, cum renes in hac exercitatione multum laborent. Idem se à turri absque ponderibus pronus per funem usque ad solum extentis manibus demittebat: nam robur adeo manibus, & brachiis constans erat, ac firmum, ut illis ponderum vice uteretur. Idem, quod miserissimum est, funiculo satis tenui pede se suspēdebat, & fune, ubi proximus maxime turri erat: infame spectaculum, atque horrendum Robore inde renum, & dorso manibus vinculum apprehendebat, atque ita funi denuò se restituebat. Fingebant ambo se cadere præcipites, summa verò pedis hærebant funi capite prono. Quantum pedis summam illius roboris inesse necessarium H fuerit, intelligi potest: nam sola curvatura digitorum, atque ea in sylvestrem partem, sustinebatur. Puer etiam præcipitem se dabat, cum spheris, alteraque earum fune inter pedes plantarum, & spæram hærente, nescio forsus qua ratione, ne ob rotunditatem dilaberetur, pendebat.

Supra fidem omnem, atque expectationem ars fuit, atque audacia duorum Turcarum circulatorum. Duo erant juvenes, corpore haud magno, sed tereti: quisque illorum primum assumpto homine in numeros per funem ad dimidium recti anguli acclivem ascendebat, etiam absque ponderum auxilio. Inde adjectis gladiis trium ferme palmorum longitudinis, præcutis, acieque novaculo, pedem malleolis rursus cum homine eodem ascendebat, adeo distentis pedibus, ut nec in planta ter-

ra superficie facile fuerit sic ambulare. Inde funi superposita tabula, pedibus vero suppositis sublevis, quas Mediolanenses vocant Scancias, super tabulam sic positam ambulabat, cum tabula ipsa per se vel momento funi superflaret. Deinde quinque teretia ligna ferreo filo crassiore transfixa, ob idque coherencia, sed ita ut nullum alteri possit redire infidere, utrinque supponebat pedibus, cum quibus super funem ambulabat, cum nemo sic per planum solum possit ambulare, immo ne stare queat, hinc inde rotundis lignis, quas crassiora brachio non essent, dilabentibus. Postmodum suppositis patellis aeneis absque vinculo, quas pedum extensione retinere cogebatur, super funebat. Post in caldario (sic enim Itali vas aeneum vocant magnam) sedens stabat, caldarium supra funem pendulum, horribile dictu. Quod vero proximum miraculo fuit, hastam, cum ponderibus vasi subduxit, ut caldarium in aere pendere videretur. Nam hastam retrò inerat vas, & funem positam ante rediret. Saltabat ad rythmum super fune, pulsante tympano, & modo se precipitem ex illa dabat hinc solo calcè (his oculis vidi) modo tarso, ac cymba pedis. Stupeat necesse est, qui videat alterum eorum distento tenuiori funi, ut qui pollicem non excederet crassitudine, infidere, ac immota tota superiore parte, inferiorem tanto impetu, cum fune agitaret, ut hinc palmis plusquam duodecim celeritate, ac quasi jaculi factu moveatur. Quod vero minus prodigiosum fuit, sed supra fidem tamen omnem humanæ potentie est, quod cum è campo Jovis arctis ad turrim, quæ altissima est, ascendisset cum ponderibus, inde è summa turri descendit ad trabem per funem, quæ à plano pluribus partibus è quatuor recti anguli (adeo erecta erat) distabat. Majore quoque miraculo descendit, quam ascendisset, pronus scilicet, tantquam ruiturus in caput. Animadversum est, pollice pedis, utrinque, dum funem continet, adversus alios digitos tanquam forcipe ferrea, tantam vim sustinuisse. Neque aliter fieri potuit: ut vel ascendere tam erecto fune, vel descendens non rueret præceps. Voluit, dum hæc ageret, hominem secum humeris sustollere, magno pretio etiam addito. Sed tam temerarii propositi focium non invenit.

Mexicani jaculatores primis pedibus ea agunt, quæ alii vix manibus facere solent, hastiludia exercent, jactant, recipiuntque, quæ in sublimi jactaverint: alii pedibus superflant humeris alienis, ita ut secundo tertius insillat. Facile est ascendere, si primis tertius secundo genibus insillat, & eodem modo secundo primo, post singuli se erigant. Quæ autem superius agit jactando, ludendoque: si fidem quali excedere videntur, robore hæc sunt, quod contentione consistat, tum exercitatione, atque agilitate. *Card. de Rebus var. l. 12. c. 62.*

ALIENUM.

Egyptius quidam præstigiator Constantinopoli clava cubiti magnitudine capiti imposita, in eaque vase humore pleno collocato, ita circuibat, ut vas diu non ageretur. Alius & ipse longam hastam in capite suo stutuebat, tribus orgyis non brevior, fune inferne versus apicem circumplectata, graduum instat: quos puer manibus, & pedibus ascendebat paulum alternantibus usque ad hastæ cacumen, & rursus inde descendebat: at qui hastam in capite gererat, continenter obambulabat. Alius vitreum globum in alium jactabat, & relabentem nunc extremo manus ungue capiebat, nunc posteriore cubiti parte, nunc aliter atque aliter. *Gregor. l. 8.*

Philomela puella fatidica, cujus contubernio Apelles hereticus, aut (ut alii volunt) Severus usus est, miracula quoque fecit: inter quæ illud præcipuum est, quod in angustissimi oris ampullam vitream panem grandem immitteret, cumque extremis digitulis levaret illam, coque solo, quasi divinitus dato cibo, se contentam esse diceret. *Teslis est Augustinus.*

Ferrandus Turcam sæpe vidimus vasa tria sigulima rotunda, & parum cava, medio munita orbiculo ex orichalco cavo, ad capitis clavi magnitudinem, serico circum orbiculum ne diffunderent munita, tridido ligno excipere, adeoque celeriter manu penè immota in diversas partes circumagere, ut visum effugerent. *Card. de Subtilitate lib. 6. Mirabilis.*

VULNERA PRÆCAVERE.

Magicum indusium, Necessitatis nuncupatum, Germanis *Noidend*, à veteribus, qui superstitionibus his se dedicabant, celebratum, quo induebantur, ut in bellis à quocunque telorum, vel sphaularum bombardiarum ictu, & armorum injuriis liberi perdurarent, & quodvis aliud corporis incom-

modum declinarent securi. Eo quoque abute sunt parturientes, ut citius, tutiusque secum deponerent. Hinc nomen sortium est, quod in necessitate usurpatur. Hujus conficiendi hæc erat ratio. Noctè Natalis Christi, filium ex lino in nomine diaboli nocte castitatis puella nebant, regebant, confuebant. In pectore duo affuebantur capita, in quorum dextra longa predebant barba, & velut galea erat imposita: sinistrum autem horridum, & corona ornatum, instar demonis. Latus utriusque munitur cruce. Longitudinè à collo in medium hominem contegit indusium cum manicis. Id apud eximiam nobilitatis virum se vidisse, cui à patruo milite strenuo celerat, scribit *Petrus l. 4. c. 15. de Præstigiis*, eoque olim frequenter Cæsares, & Principes Ethnicos aut certe infidelés usos fuisse.

THESAUROS INVENERE, PECUNIAM SIMULARE.

Pafes præstigiator quidam emebat frequenter, preciumque rei numerabat: verum mox nomen non apud venditorem, sed apud Pafem reperiebatur. Hinc proverbium, Pafeti semibolus. *Erasm. Ex Suida.*

Puer quidam Lotharingus, honesto loco natus, æqualium improbitate corruptus, cepit in capona perpotare, inficio Gilberio Gognato Noxereno, cujus fidei concessit ducem. Accidit, ut adolescens ignotus (quem cacodæmonem fuisse, postea comperit) puerum in combibitionibus seduceret, & artem parandæ pecunie facili carmine conceptis verbis communicavit promitteret, si modo caponi suo nomine symbolum numeraret, & ex animo, que in codicillo sacro à se exarato scripta essent crederet, neque unquam libellum sacrum explicaret. Puer omnia se facturum pollicente, specimen artis edit: & charta in scripto apprehensa pugno, dextra manus indice, & medio compressa, & carmine admirumuratum (lingua Gallica, Orichalcum natat, aurum salit) LX coronatos, quot optaverat, è digitis exciuit. Puer præceptorem imitatus pari successu, lætus cum charta abiit, & curiositate ductus, cum aperit, ut consimilem aliam conficeret. In medio sphericus erat circulus, tanquam orbis, duabus lineis rectis per diametrum intersectus, crucis figura: supra, facies depicta, imminens circulo, horridica cornuta, & tanquam cacodæmonis. Ad dextram, & levam quædam obfœca erant depicta. Quæ ubi videbat adolescens, oculi nigrescere ceperunt, vertigine rapti caput. Neque soli sibi se jam credebat: & quocunque iret subinde respectans, tanquam à tergo insequentem quempiam videre. Jam contubernalis quidam adolescens animadverterat novum G ali monstrum: expulsiat. Præceptoris iussu puer omnem rem aperit. Persuasus, chartam diabolicam in ignem coniecit. Ea, femihora mediis in flammis duravit inusta, cum nulla magis materia ignem rapiat: adeo, ut puer ipse admirans exhorresceret. *Cognatus lib. 8. Narrationum.*

SERVOS FUGITIVOS RETINERE.

Vestales Romanorum suis præcationibus mancipia fugitiva nondum egressa urbe retinere in loco credebantur. *Plin. l. 29. cap. 2.*

VINCULA EXUERE.

De Apollonio Tyanæo legitur apud Philostratum, Principe Magorum sua ætate habito, cum Rome in carcere spectantibus aliis captivis cippum artubus exuisset, ac propterea mandasse Domitianum Cæsarem, ut omni ex parte raderetur (ut hodie facit Germania) & in iudicium adduceretur nudus. *Bodinus.*

Jo. Martinus, præfecti Lacdumensis vicarius assistens, dum Hæquæ de Saga S. Probe (quæ viva concremata est) haberetur, quærenti sibi. Cur non evaderet? respondisse illum: Se è cippo quidem, at non è carcere exire posse, eodem tempore, cum aliorum ipse respiceret, ipsam sibi manicas exuisse, quod nulla ars humana potuisset. *Bodinus.*

E CARCERE LIBERARE.

Anno Dom. 1323, ut Abbas Trithemius memorie prodidit, Fredericus Dux Austriæ, qui contra Ludovicum Bavarum Imperator delectus erat, inter Oringæ, & Moludorium magno prælio victus fuit, & Ludovico traditus, qui in arce munita eum aservandum misit. Magus quidam Lupoldo strati ejus in Austria promisit, se sua arte Fredericum incolumem ecludurum unius horæ spacio, si digna sibi merces numeraretur. Dux liberaliter promisit. Ergo dæmon ad Fredericum ab-

legatus, avolat in Bavariam, formaque peregrini assumpta, A custodiam ingrediunt, inquit: Si ex captivitate liberatis, hunc equum ascendite, & te in Austria ad fratrem tuum Leopoldum incolumem perducam. Cui Dux: Qui es tu? Ad quem ille: Noli interrogare, quis tibi, quia nihil ad rem: sed quem hunc equum, quem tibi exhibeo. Hic cum Ducem alioqui audacissimum horrore invasisset, & signo se sanctæ crucis munivisset, spiritus cum nigro equo disparuit, & vacuum ad nitentem reversus est. A quo increpatus, quod non adduxisset captivum, ordinem rei gestæ narravit. Et illud ipsum Fredericus sibi contigisse, signato die confessus est.

HOSTES, ADVERSARIOS VINCERE.

Vide supra, Occidere homines.

Chrysamme Sacerdos Hecates, venefica, data in ducent exercitus Cnopo adversis Erythrois, in furorem verit hostes. Nam tauro pulcherimo furiosum pharmacum miscuit, & comedendum reperovit. Quo & ipse in furorem actus fuit, & deserto Cnopi exercitu in castra Erythrentium irrumpit. Eum Erythrai comprehensum boni omnis loco immolant, deque mortuus quilibet partem, eum arripuisset, ut divini sacrificii participare herent: omnes furore correpti, à Cnopi exercitu caesi fuerunt. *Polyen. lib. 8.*

Ajunt, Ephelus notula quasdam, & voces magicas fuisse, quibus utentes, in omni negotio victores evaderent. *Autor Diogenianus. Eustathius in Odys. o.* tradit his literis usum Cæsarem in rogo. Fuisse autem verba quadam obscura, amigmatibus simillima, nequam coherencia, descripta in pedibus zona, & corona Dianæ. Suidas addit hujusmodi fabulam: In Olympiis Milicium quempiam cum Ephasio palestra commisit, nihil potuisse in confidit, quod is Ephesius in talo Ephesias haberet literas. Quod simul ac animadversum esset, ademptus literis, Ephesium, qui jam triginta defatigat, succubuisse. *Eraf.*

Sub Anastasio Imp. Bulgari, gens prius ignota, in Illyricum, & Thraciam incurfiones fecit: Contra quos aliquot Romani duces cum exercitu profecti sunt. Cùmque illi exantationibus, & magicis rebus usi essent, turpissimè Romani omnes præter pauculos, victi & caesi sunt. *Cusp.*

Sigebertus Francorum Rex, ab Hunnis, qui magici artibus instructi, ei phantasmata obiciebant, victus, exercitus ejus profugavit, & ipse captus fuit. Tandem muneribus ultro citroque datus, pacem cum Hunnorum Rege Caguno sanxit, eamque dum vixit sanctè, & inviolatè custodivit. *Greg. Tur. l. 4. c. 28.*

Haquimus Norvegia Princeps contra Danos pugnavit, imbris maleficio hostes attrivit, ut prospiciendi facultate defecti, graviores ab elementis pugnam, quam ab hoste sentirent. *Saxo. lib. 10.*

Biatmensis, polo Arctico viciniore, in Septentrione contra potentissimum Regem Regerum pugnavit, carminibus horrendam tempestatem Danis immiterunt, eisdemque mox ferventissimo calore torruerunt. *Olaus l. 3. c. 19.*

Oddo Danicus pirata maximus, gladios hostium carmine hebetabat. Tandem à peritioris hoste circumventus, submersus est. *Olaus l. 3. c. 18.*

Poloni Tartaros anno Christi 1240, ad Legnicam commisso prælio graviter urgebant, & fugientibus instabant. Erat in extremo Tartarorum agmine inter alia signa vexillum insigne, cujus pictura X. literæ figuram præ se ferebat: in cuspidè vero imago erat tetra, nigraque capitis humani barbati. Id D vexillum, cum signifer vehementius quateret, fumum, atque nebulam densissimam, & fœdissimam exhalabat. Ea nebulam non modo aspectum barbarorum Polonis adimbat, verum etiam odore terretimo eosenebatur. Incantationibus id quibuldam Tartari effecerant, quibus iuxta ac ariolationibus, atque divinationibus ceteris, cum aliis, tum in bello plurimum utuntur, ex humanis etiam exitis de futuris eventibus conjetare soliti. Barbari, ubi Polonos trepidare senserunt, cohortati se invicem, impressionem in eos faciunt, perturbatisque ordinibus magnam cadem ediderunt: in qua Pompo magister Cruciferorum, cum fortissimis quibusque suorum occubuit. Tancus eo prælio interfectorum Christianorum numerus fuit, ut singulis singulis arculat à Tartari præfici, novem ingentes saccos explerent. *Cram. lib. 8.*

Effugere.

Argonauze relicto Hercule, compulsi fuerunt feminarum L. B. Teatr. vitæ Hum. Thom. V.

fascinationibus, & veneficiis se servare, & furati vellus illud aureum. *Plus. in Præceptis Politicis.*

Arngrimus Syeticus pugil, Fimos sylvestres bello prosequatur. Qui cum infeliciter dimicando fuga dilaberetur, tribus lapillis post tergum coniecit, totidem montium instar hostibus apparere fecerunt. Igitur Arngrimus, ab insectando hoste cessavit, magnarum se rupium interfectu coercitum putans. Idem postera die congressi, victique, coniecit in terram nive, ingentis fluvii speciem exhibuerunt, & fuga elapsi sunt. Tertio tandem die videntes suas inclinari acies, potestati se permittere victoris. *Olaus l. 5. c. 15.*

AVIUM VOCES INTELLIGERE.

Porphyrus commemorat in 3. lib. *επι αερονομίαις* in Libyæ, sua ætate de Apollonio Tyanæo dici solitum. Illum, cum audisset hirundinem unam, cum multis vociferantem, sodalibus suis, quorum non paucos secum habebat, exposuisse, indicare eam ceteris, asillum onustum frumento ante urbem cecidisse, frumentumque humi solum esse: videri enim ille volebat linguam avium intelligere, ut veteres augeres Merlampus, & Tiresias memorie proditi sunt. Est autem hoc admirabile, ut alta nunc taceam: quia hirundines non vescuntur frumento. Porphyrus sane ipse, de quo accuratè distinxit, erat hujus sententiæ, ut aves scientiam haberent vocis, cantusque sui generis avium, ac quod ipsis accommodatum foret, possent aliis demonstrare. *Vil. l. 27. Var. l. 1. c. 2.* Ceterum Eunapius passerii hoc tribuit, non hirundini.

BELLUAS, FERAS, SERPENTES

OCCIDERE.

Vide paulo ante, Occidere belluas. Abigere.

Cum Antiochenes à scorpis, & culicibus divexarentur, Apollonius Tyanæus areum scorpionum conlavit, supraque eum in terra depositum parva creta columna, populo jussit, ut calamos gestarent, perque urbem circuirent, & calamos concutientes inclamarent, Vacet urbs culicibus. Eo modo & scorpis, & culices ea ex urbe profugati sunt: idem Byzantio angues, & scorpis expulsi. *Cædrenus.*

Apud Hollandos in oppidis maritimis, Roterodamo, & Scheidamo, ex piscium captura maximè vivitur. Horum incolæ, cum halcees pisciculi enavigassent, & piscium copias onustas reducerent naves Roterodami, retia lapidibus onerata Scheidami retraxerunt. Quod imperator infortunium G maleficio confestim imputabat. Quocirca Mulieri inicitur manus, quæ incunctanter fatetur, maleficio suis artibus id accidisse, & se per vitri foramen (quod ostendebat ejus magnitudinis, agrè, ut digitum transmitteret) dum piscibus illi inidiarentur, transvolasse, & in myrtili testa (Mosclicop nostraticus dicitur) servari commisit, illudque trajecisse usque ad halecum stationem, & ibi incantamentis halcees fugasse, & earum loco subsistere lapides. Lata hinc postillum sententia, flammis illa luit addicta.

Domare, Cicuvare.

Pilli, Marsi, Ophiogenes, serpentes, & venena domant. Tentyritæ crocodilis inquitant impudè. *Plin.* Medea draconem domuit, & tauros ignivomos. Harcalo leones impudè atredebant manibus. *Syll. lib. 1.*

Harcalo non parvulus sætas mulcere leones. *Apud eundem Atyr serpentes solo tactu sopibat:*

Serpentes atro exarmare veneno *H*

Doctus Atyr, talique gravos sopire ebeldivos, Ac dubiam admoto sobolem explorare cerastè.

Umbro Sacerdos, è gente Marrubiorum, prope Fucinum lacum habitantium, hydros sopiebat, & serpentes tractabat manibus. *Virg. lib. 7. Eneid.*

In majori India est provincia Maabas dicta, venatione margaritarum celebris. Cum autem mare illud bellus infestum sit, Abrahimmi magi illorum (qui olim Brachmanes) incantationibus diurnis certos maximo ita effascinant, ut nemini nocere possint: noctu vero eisdem relaxant, ne furibus latrociniandi detur occasio. *M. Paulus Venetus lib. 3. c. 23. rerum Orient.*

Pythagoras usam quampiam feritate conspicuam, magnitudine inusitata, quæ visentibus modo horrorem incutet, *Mm 3*

teret, accersitam, demulctamque apud se aluit. Mox dimif-  
 A sprus veluti conceptis verbis, iurejurando ( ut sic dicam )  
 adiegit, nulli animantium cunctarum, damno, oblatione  
 futuram. Abiens illa in fylvas se coniecit suas, summaque  
 fide, quod inter homines quoque perarum est, in quod ad-  
 jurata recesserat, praestitit. Hinc forte Pythagoricam necro-  
 maniam per literarum numeros, & lunae solitatem exerceri re-  
 censuit Augustinus. Narratur certe idem Pythagoras, bo-  
 vem ubi propè Tarentum confpexisset fabaciam segetem mot-  
 ficatam corruptentem, tum etiam proterentem pedibus bu-  
 bulco insinuasse, bovem moneret, frugibus parceret. Ri-  
 dens bufega: Ego ( inquit ) bovatum non didici, tu qui vide-  
 re scholarum id genus experiens, oboas vicem meam. Eve-  
 ffigio Pythagoras auribus sese admovens, sui artificii qua-  
 piam immurmuravit. Res additur mira: Obedientissimus  
 bos, ut ab eo qui amplius saperet, edoctus, lacerare mox se-  
 getem desistit: qui etiam in futurum ejusmodi pabulo abli-  
 nuir: sed & bubulum desit obsequium, factusque de rurestri  
 colono ambulator urbanus, Tarenti placide contentus, de ma-  
 nibus hominum victitans. *Cel. 1.20. cap. 7. A. L. Pharebus  
 in vita Nume.* Contra ea scripsit Timon Philius. Idem Py-  
 thagoras ( ut ait Aristoteles, scribens de eo multa ) in Hetru-  
 tia serpentem, qui morsu necabat, morsu interfecit. *Apolloni-  
 us in Mirab. biff.*

Apollonius Tyaneus Roma Byzantium profectus, rogatu  
 civium equorum in conventibus Principum confusè ferocien-  
 tium intemperiam refravit. *Cedrenus.*

Vocales reddere. Rationem indere.

Simon Magus diabolorum opera fecit, ut loqueretur canis.  
*Clemens in Lixterio.*

Paulus Grillandus lib. de Sortilegiis, sectione 7. scribit, Sa-  
 gam à se Romae fuisse visam, Franciscam Senensem nomine,  
 quae coram omnibus faciebat, ut loqueretur canis. *Bodinus in  
 consuetudine Vieti.*

*Bellonius in suis Observationibus.* Histrionem ait in subur-  
 bio Cayri oppidi in Aegypto à se fuisse visum, qui cum asino  
 fero sermones conferebat, & confabulabatur quàm familia-  
 rissimè: asinum vero signis, gestibus, & voce indicavisse,  
 optimè intelligi à se quicquid dicebatur. Si herus jubere  
 alium pulcherrimam de coetu feminam diligere, contem-  
 platum equo in omnes partes, ad unam tandem solitum acce-  
 dere. Si herus ediceret hordeum asino afferri, tum cum alie-  
 re quàm soleant asini exultasse, & alia id genus innumera  
 incredibilia. *Bodin.*

Efferare.

Pelops in curriculo Olympico defodiens magicum quid ab  
 Amphione acceptum, fecit, ut eo loci equi semper insolito  
 terrore turbarentur. *Paus. lib. 6.*

Simulare.

Margarita Eslingenfis anno salutis 1546. ex ventris dolori-  
 bus ita intumuit, ut ventris moles totam faciem obtegeret, ac  
 in eorum ferentia decem palmos excedere videretur. Audie-  
 bantur à circumstantibus lectum, in quo defixa erat, gallo-  
 rano cantus, gallinarum cozzitationes, anserum strepitus, la-  
 tratus canum, ovium balatus, porcorum grunitus, bovm ma-  
 gitus, hinnitus equorum. Edaxit mirè magnitudinis vermes  
 atque serpentes ex latere circiter 150. quo miraculum fidem  
 faceret, cum tamen nil nisi praestigia demonum à matre puellè  
 lucri causa conficta forent. *Leobostenes in Prodigis.*

ARBORIBUS FLORES,  
VOCEM DARE.

Apollonius Tyaneus vidisse de Gymnosophistis in Aethio-  
 pia affirmabat, qui arbores, ut ad humum se inclinarent, loque-  
 renturque, efficerent. *Fulg. lib. 8. c. 21. ex Philof.*

Theophrastus, Gymnosophistarum in Aethiopia Dux, præce-  
 pit arbori ulmo, ut Apollonium saluaret. Illa salutavit, di-  
 stincta quidem voce, sed inermis. *Philoftratus in vita Apolloni-  
 us, & Pol. lib. 3. c. 8. Arabop.*

Guilhelmus Comes Hollandiè contra Fridericum II. & Con-  
 radum eius F. Aquiligrani Rex Romanorum coronatus, re-  
 diens Coloniam, lautissimum instituit Principibus convivium.  
 In quo ( ut fertur ) mirabili opera quosdam Philosophi arbo-  
 res media hyeme effloruerunt, & herbe germinarunt: si ve-  
 rum est, quod scriptores aratis, & qui se vidisse commemo-  
 rant, tradunt. *Cuspin.*

INANIMATIS VITAM, VOCEM,  
MOTUM DARE.

Egyptii magi raras contra Moysen finxerunt.  
 Fluvium, qui infra Samum est transiens Pythagoras vocem  
 humana majorem audivit, quæ diceret: Salve Pythagora. Un-  
 de summus comes incesse pavor. *Apollonius in mirabilium  
 historia.*

Claudia Vestalis, cum vita ejus liberior colunniam incur-  
 risset, innocentiae suae testandae ergo navem, qua deorum ma-  
 ter vehebatur, Tiberino vado harentem cingulo alligavit:  
 mox eam remota est, traxitque adverso flumine, quod pars  
 Romanae civitatis post multos, & varios conatus nequiverat.  
*Sabell. lib. 2. cap. 5.*

Theocritus magus Antiochia sub Maximino simulacrum  
 Jovis oracula edere vi magica fecit, quibus eires contra Chri-  
 stianos excitarent, & Imperator ad illos persequendo effe-  
 raretur. Tandem Maximinus, factus illius cognitis, digno  
 supplicio affecit. *Euseb. lib. 6. c. 3. & 11.*

NATURAM RERUM INVERTERE.

Sidera detrahere.

Theffala mulieres incantamentis quibusdam lunam in ter-  
 ram detrahere credebantur antiquitus. *Ud. Virgilius.*

*Carmina, velaeolo passunt deducere Lunam.*  
 Creditum est etiam, hujusmodi sagas oculis, ac pedibus  
 privati solere. Aglaonice quæpiam, cum per Astrologia cog-  
 nationem defensus praeficeret, jactitabat, se lunam è coelo  
 detrahandam in terram. Atque epibus jactantia pernas dedit.  
*Erasim Adagii.*

In Luna scribere.

Pythagoram, Pythagum, hoc est, iudicium per speculum  
 factitasse ajunt, ut quæ collibisset, sanguine perscriberet in  
 speculo: moxque literis ad lunam orbem pleni observatis, stanti à  
 tergo, ut in luna exaratas disco, commisit obtineri. *Cel. lib. 9. c.  
 23. A. Lell. & Suidas in voce. Strabon quod.*

Fulgura eiere.

Tullus hostilius, Romanorum Rex, Numæ Pompilii imi-  
 tatione dum Jovem Eliocum eieere conatur, fulmine ictus,  
 cum regia collisavit.

Zoroastres Perfaram Rex fulgura proiecit.

*Grandinem, Tempestatem, Inbrem excitare.*  
 Cum sidus, Canis vocatus, ardore suo Cycladas combu-  
 reret, diuque squalores manu agrorum, sterilitateque extin-  
 set, qui unam ex illis insulis, Geo vocatam incolebant, ad G  
 monti ab oraculo, Aristum Apollinis, ac Cyrena filium  
 accersierunt è Phœlia, qui scitis quibusdam Arcadibus eose  
 contulit, atque illic facellum Jovis Lemni adificavit, ut imbes  
 in terram effunderentur: necnon Canicam quoque placavis  
 legemque fixit, ut Coi quotannis ortum Caniculae capris fer-  
 varent, atque immolarent ipsi hostias, unde Etesiae spirant,  
 quæ æstivo tempore, maximisque caloribus, terram suavi  
 fignore reficiunt. Atque ita Græci liberati sunt magno malo,  
 nec fructus agrorum squaloribus interempti sunt. *Vitorius  
 lib. 19. Var. lib. 4. c. 21.*

Apollonius Tyaneus in India apud Philosophos Beachina-  
 nes mira se vidisse asserbat, quos arbitratu suo pluvias indu-  
 cere, & serenitates docebat. *Philoftratus.*

Atmuphis, magus Aegyptius, in eo bello, quod Romani  
 cum Quadis gesserunt, cum fieret acerrimus conflictus, at-  
 que victoriam in utramque ex æquo partem mutare videretur:  
 Mercurium illum qui est in aere, alioque demones, quibus-  
 dam artibus magicis invocavit: & imperata ab his horrenda  
 pluvia, Quados deterruit, atque Romanis victoriam peperit.  
*Dion. Nicaeus in Antonino, & Suidas.* Nonnulli hoc Juliano  
 Chaldæo tribuunt.

*Sprangerus in libro Inquisitorum* quinq; anno 1488. in  
 Constantiensi diocesi procellas, grandines, fulmina, & tem-  
 pestates extitisse testatur, quæ proventum terræ per millaria  
 quatuor afflixerunt. Mage comprehensa sunt duæ, Anna de  
 mindelne, & Agnes: eademque confecta scoldis, se uno  
 die in agrum, cum paucula aqua processisse: & quamvis sal-  
 terea consilium neficere alterius, emosisse serobem, & sub  
 meridiem aquam serobi inteream conturbasse, adhibitis qui-  
 busdam verbis, diabolum invocantes. His gestis, simul ac  
 revertissent domum, procellam extitisse.

Eodem auctore Saga agri Constantiensis, cum videret om-  
 nes sui pagi incolas in nuptis convivari, & saltare, agrè se-  
 tens, quod non fuisset vocata per diabulum clara luce spectan-  
 tibus

tibus pastoribus in collem expostata propinquum pago, cum  
 A aquam non habere, in serobem emisit locum, illudque bacil-  
 lo movens, sermones quosdam pronuciavit. Ergo celo, quod  
 sudum, serenumque fuerat, obscurato, grando vehementissima  
 solummodo in pagum, & in saltantes levavit. Saga in pagum re-  
 versa, iudicio pastorum capta, viva igni fuit tradita. *Bodin.  
 lib. 2. Dæmon. c. 8.*

Tempestates sedare.

Testatur Herod. lib. 7. de præfctis Xerxis, quod in triduanam  
 tempestate 400. naves amiserit, donec quarto die Magi Tethy,  
 & Nereidibus sacrificando, tempestatem compescuerunt.

Ignem excitare.

Sunt in Lydis, qui Persici cognomine vocantur, urbes Hie-  
 rocaesarea, & Hippæze: in templo utriusque urbis amplissimo  
 cellæ, cum aris, super his cimis alio longis colore à vulgari ci-  
 nere. Huc ingressus Magus, sui foco lignis impositis tiara ca-  
 put velarit, implorat cognomen Dei, quicumque ille sit ( ex li-  
 bro enim carmen recitat barbaricum ) ubi peroravit, sponte  
 sua è lignis nullo igne admodum purillima emicat flamma. *Paus.  
 lib. 5. se hoc vidisse testatur.*

Ignis ardorem perferre.

Sub monte Soracte urbs est Feronia: quo nomine & dea  
 quædam nuncupatur, quam finitimi miro dignantur honore.  
 Eodem in loco ipfius templum est, mirificum sacri genus ha-  
 bens. Nam qui ejus numine afflantur, nudis pedibus prunas  
 calcant. Eo ingens mortaliolum multitudo convenit, & celebra-  
 tatis ipsius, quæ quotannis celebratur, gratia pariter, & spe-  
 ctaculi. *Strab. lib. 5.*

Castabalis est Diana Persica sanum, ubi dicunt factas Mu-  
 tieres illas nudis pedibus fanum ingredi. *Strab. lib. 12.*

Tenebras obicere.

Refert M. Paulus Vencus, Tartaros adeo pollere dæmo-  
 nam praestigis, ut tenebras, cum velint, & ubi velint, indu-  
 cant: semelque à latronibus hac arte circumventum, vix eva-  
 sisse. Cui rei testis accedit vir graecus Haionus in sua Sarmata-  
 rum historia: qui praelio etiam inclinatum aciem Tartarorum,  
 vexillarii præcantatione, dum tenebras effunderet, obscurissi-  
 mas, reficitum, & victricem factam literis prodiderit. *Card.  
 de Subtilitate, lib. de Dæmon.*

Aerem corrumpere, inficere.

Cum Maruthas, Mesopotamia Episcopus, legatione fun-  
 geretur nomine Theodosii Imper. apud Idigerdem Perfaram  
 Regem, & Episcopo pietatis nomine faveret Idigerdes: Ma-  
 gi timentes suæ religioni, quacunque esset Rex transtritus, il-  
 lic intolerandum factorem excitant, colunniamque confin-  
 gunt, comites Christianos istius esse artifices. Sed deprehensi,  
 re penitus cognita, magi supplicio affecti sunt. *Nicephorus lib.  
 14. cap. 18.*

Ventos sedare.

Cum aliquando Etesiae ita vehementer flarent, ut fruges  
 læderent: Empedocles Agrigentinus iussit alinos excoriari, &  
 utres fieri, eoque in promontorijs extendi, ut ventum excipe-  
 rent. Quo sopito, appellatus fuit *καρυσσωνιτης*, quasi prohi-  
 bitorem ventorum dicas. *Suidas.*

Ventos sedare.

Urbe Constantinopolitana in magnam rei frumentariae dif-  
 ficulter adducta, naves in diversas dimissæ partes fuerunt,  
 quæ frumenta devehent. Hæ cum onusta redissent, appelli  
 alitus deficientibus ventis non potuerunt. Quo cognito po-  
 pulus ad theatrum sava magna stimulus rabie, convolvit.  
 Tum Constantinum magni eadè de re animum anxium, & tem-  
 pestatis adverte rationem exigentem, amul Sopatri Apa-  
 mennis Syri Sophiste, qui propter sapientiam in aula Con-  
 stantini conspicietur, in primisque Ablavium præfectus pre-  
 torio adierunt, atq; ita dixerunt: Quod ventos votis refragari  
 tuis vides, id scito, Sopatri, quem tu tantis honoribus extu-  
 listi, perniciofa nobis sapientia fieri: is enim arte sua ventos  
 devinxit, & quo minus navibus aperiret, inhibuit. Qua re  
 audita, ille ostensus Sopatrum prope comprehendi, ac secu-  
 ri percussus iussit. *Ex Eunapio, & Suida, Sigonius lib. 4. Imperii  
 Occidentalis.*

Ventos eiere.

Finni, & Lapones, Septentrionalis populi, olim mercatori-  
 bus ventos venales exhibebant, tres modos magica arte sacra-  
 tos à loro pendentes effefferent: quorum primo soluto, pla-  
 cidus ventos, secundo vehementiores, tertio favissimos effent  
 habjuri. *Olaus lib. 3. c. 16. ex Saxone Grammatico.*

Ventos eiere.

Finii, & Lapones, Septentrionalis populi, olim mercatori-  
 bus ventos venales exhibebant, tres modos magica arte sacra-  
 tos à loro pendentes effefferent: quorum primo soluto, pla-  
 cidus ventos, secundo vehementiores, tertio favissimos effent  
 habjuri. *Olaus lib. 3. c. 16. ex Saxone Grammatico.*

L. B. Theatr. vitæ Hum. Thom. V.

Aquam cribro haurire.

Tuccia virgo Vestalis, incesse criminis rea Roma, cum  
 procectione certa aquam cribro haurit, anno Urbis 609. *Plinius  
 lib. 28. c. 2.*

Solida dividere.

Accius Navius angur coram Tarquinio Prisco Rege ( cum  
 is per ludibrium interrogasset, fierine posset, quod mento conce-  
 pisset ) cotem novacula dividit. *Cicero lib. 1. de Divinatio-  
 ne, & Plin. c. 6. de Viris illustrib.*

MIRACULORUM FRUSTRATIO.  
TUM  
HÆRETICORUM.

Poly chronius hæreticus iustus in Synodo exponere suam fi-  
 dem, exhibuit chartam, in qua erat sententia Monotheletarum  
 scripta. Asserebat autem se impossitum eam mortuo alicui  
 cadaveri, ejusque resuscitatione demonstratum virtutem  
 veritatis. Synodus consentit. Expectatur mortui resurrectio in  
 multas horas: Polychronius insulfurando in aures cadaveris,  
 nihil efficit: ac tandem conficitur, se mortuum excitare non  
 posse. Nihilominus in erronea sua sententia persistit, cum Ma-  
 cario Episcopo Antiocheno præceptore se errare malle, in-  
 quiens, quàm cum aliis rectè sentire.

Vide supra fufus.

In persecutione sub Hunerico Vandalorum Rege, cum mi-  
 raculis clarent orthodoxi Episcopi, Eugenius, Vindemialis,  
 & Longinus: Cyrola Arianorum Episcopus, ut & ipse incla-  
 resceret, hominem conduxit quinquaginta aureis, qui in natam  
 cæcitatem simulans, orem ejus imploraret. Accedit ad eum  
 Cyrola, & ad motis manibus ad oculos mentientis se cæcum.  
 Secundum fidem, inquit, nostram, qua rectè in Deum credi-  
 mus, aperiantur oculi tui. Ad quæ verba dolor tantus oculis  
 illius invalit, ut digitis vi comprimere eos, ne creparet cogere-  
 retur. Prodata itaque ad omnes Cyrolæ composita fraude, he-  
 resisque damnata, precibus orthodoxorum superiorum, dolore  
 liberatus fuit. *Gregor. Turonensis lib. 2. Idem habes supra.*

MAGORUM MAGIÆ SUCCESSUS  
Irritus.

Cyprianus magus D. Justinam virginem Aglajo amatore,  
 qui eam deperibat, frustra conciliare nitcbatur: eò quod Ju-  
 stina crucis signaculo semper demones se tentantes abigeret.  
 Hinc factum, ut & ipse Cyprianus ad fidem Christi conver-  
 sus sit, & pro ea gloriosum martyrium sustinuerit. *Marul. lib.  
 2. cap. 9.*

Infelix.

Zoroastres Magiæ inventor, cum familiarem dæmonem  
 importunius urgeret, ab eo successus est.

L. Pifo primo Annalium auctor est, Tullium hostilium  
 Regem, ex Numæ libris, eodem quo illum sacrificio, Jovem  
 cæso devocare conatum, quoniam parum ritè quædam fecis-  
 set, fulmine ictum. *Plin. lib. 23. c. 2.*

Antiquus Britannorum Rex Badunus, magica arte, quam  
 passim docuit, fretus, praestigis quæ dæmonum actus, eò insa-  
 niæ venit, ut sibi alas volandi gratia aptaverit. Cum in altum  
 tolli cepisset, repente cecidit, eoque casu collisus, ad inferos  
 descendit. *Polyd. lib. 1.*

Alloquium se plurimos asseverat. *Joannes Franciscus Picus  
 de Praen. superfl. lib. 4. c. 9.* qui vana spe futurorum delusi ab ap-  
 parente sibi dæmone, per inita pacta vocato, usque adeo vexa-  
 ti fuerunt postremo, ut optimè secum putarent actum, ne vi-  
 tam amiserint. Alium quoque à dæmone vivum ablatum, nul-  
 quam comparuisse, dum curiosus cuidam principi Trojæ op-  
 pugnationem representare, quasi in scena, pollicitus esset,  
 Achillem fecit, & Hectorem introducere praelians.

Comes Matifconensis, hora prandii coram multis Baroni-  
 bus, & militibus abreptus à dæmonibus legitur, ac ter circum  
 civitatem Matifconensem velocissimè vectus, eunctis videntibus,  
 atque ter miserabiliter exclamavit, Succurrite.

Anno 1530. Cuidam in crysallo theauros Norimbergæ  
 ostendat dæmon. Hos cum loco perfosso ante urbem quaer-  
 reret fideos, adhibito amico spectatore, & jam in specu ar-  
 cam vidisset, atque ad eam cubantem canem atrum, ingressus  
 in specum, opprimitur, inficiturque, ruente cacumine, & spe-  
 cum rursus complectente. *Cardanus de Subtilitate.*

Saltzburghi Incantator jactabat, se omnes in vicinia ad mil-  
 liare serpentes posse in unam perducere foveam, & interim-  
 re.

Mm 4

re. Quod cum tentaret, tandem ingens proferpit serpens: quem a cum carmine in foveam compellere nitetur, ille exiliens, incantatorem traxit in foveam, & enecavit. *Vier. de Præstigiis Dem.*

MIRACULORUM DISCRETIO.

MIRACULA VERA A FALSIS

QUOMODO DISCERNUNTUR.

Solent Theologi aliquot modos annotare, quibus Deus miracula sua à falsis, & suppositiis imposturis discernere conueyit.

Et quidem tria Theodoretus in maleficiis Pharaonis, qui emulati conabantur prodigia, quæ per Moysen producebantur, assignat.

Primo, mutabant, inquit, illi quidem virgas in serpentes, sed virga Moysis virgas illorum devoravit: mutabant aquam in sanguinem, sed sanguinem in priorem naturam reducere non poterant, prodaxerunt illi ranas, sed molestiam, & incommoda ranarum Aegyptiis auferre non poterant, sicut fecit Moyses. Concessit itaque Deus Magis talia facere, ut etiam B per ipsos castigaret Aegyptios: non tamen contentus Deus plagis à Moysè illatis, sed eas per Magos adauxit, q. d. Regi: Quia puniri te delectat, tuorum etiam serorum opera te castigabo, & gravius plebam.

Secundo, cum videt Regem ob id magis indurati, magorum facultatem cohibuit, ut qui majora animalia, puta ranas producebant, parvos cinipides producere non possent, cogitavit eos confiteri suam imbecillitatem, ac dicere: Dignus Dei est hic. c. 8. v. 19.

Tertio, magorum corpora pulvis afflixit, cap. 9. v. 11. ut tum illi, cum fatuus corpus Rex evideret cognoscere, quod non solum plagas à Deo immisas auferre non possent, sed etiam ipsi cum reliquis plecterentur: huc usque Theodoretus.

Quarto, his addit S. August. q. 79. inter 83. vera miracula à falsis discerni jure, id est, auctoritate & potestate, qua sunt: Magi, inquit, mira faciunt per privata commercia cum dæmone: Sancti vero ea faciunt publica administratione, & iussu ejus, cui omnis creatura subiecta est: Magi ergo per privatos contractus; Sancti vero per publicam justitiam hæc operantur.

C Adde quinto, qui faciunt vera miracula sunt fideles, probi, & sancti, ut plurimum, qui vero falsis faciunt, sunt improbi, flagitiosi, & sæpe malefici.

Sexto, quæ faciunt magi, sæpe sunt tantum phantastica, & simulata, id est, non sunt diuturna, sed mox reteguntur eorum falsitas, & vanitas: vel sunt plane inutilia, immo etiam perniciofa: vera autem miracula sunt opera vera, & solida, & utilia hominibus, nec nisi magna quapiam utilitate, aut necessitate facta.

Septimo, magni in suis utuntur multis præstigiis, mendaciis, iudificationibus hominum, varisque signis, & figuris, v. g. litteris, & verbis, vel nihil, vel absurda significantibus, aliisque superstitiosis ceremoniis, miscenque sacra profanis, itaque ea profanant, & contaminant: nihil tale faciunt Sancti: sed per preces, signum crucis, aliasque res sacras miracula operantur.

Octavo, magi, & dæmones mira faciunt malo fine, puta ob lucrum, vanam ostentationem, gloriam, vel honorem, ut divinum nomen, & cultum sibi conciliant; vel ut pervertant veram fidem, falsamque hominibus persuadent; vel ad patranda maleficia, & scelera, ut sunt furta, adulteria, neces hominum, & animalium: Sancti vero ea faciunt, ut Deum honorent, & glorificent; utque sanctam Ecclesiam ædificent, & illustrent, atque homines tum in corpore, tum magis in animo, & spiritu adjuvent. Magi, inquit S. Augustinus supra, faciunt quæ videntur miracula, quæ rentes gloriam suam: Sancti vero faciunt miracula quæ rentes gloriam Dei.

\* Miseria.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Miseria, Græcè ἀδύστη, & ἀδύστη, miser dicitur. Est autem miseria, copia tribulationis, & inopia consolationis, quando multifarie quis patitur, & à nemine relevatur, *secund. Aug. lib. 1. c. 11.*

Miser variè designatur ab Hebraeis. *Dial. exhaustus virtibus, & facultatibus, 1. Chetaleb. 1. pauper, & contemptus, 3. Eban, afflicus, xrumnosus 4. Schemem. 1. desolatus.*

HUMANA CONDITIONIS MISERIA,

ÆQUE MULTIPLEX.

Generalis, & humano generi miseria triplex, si diligenter advertimus, nam & faciles sumus ad seducendum, & debiles ad operandum, & fragiles ad resistendum. Si discernere volumus inter bonum, & malum, decipimur: si tentamus facere bonum deficiamus: si comamur resistere malo, delinquimus, & superamur, *Bern. serm. 8.*

Sicut pura veritas non nisi puro corde videtur: sic miseria fratris non nisi misero corde servatur. *de 12. grad. bum.*

Homo natus de muliere brevi vivens tempore, &c. In foribus generatur, in tenebris confoveitur, in doloribus parturitur, ante exitum miseris oneramus matrem, in exitu more vipeo lacramus, mirum, quod ipsi non lacramur: primam vocem ploratus edimus, merito quidem, ut pote vallem plorationis ingressi, ut nobis illud S. Job ex omni parte possit aptari. Multis replerit miseris, multis, & multiplicibus inquam miseris corporis, miseris cordis, miseris dum dormit, miseris dum vigilat, miseris quocunque se vertit. *In serm. F*

Consideranti tibi quid sis, occurrit tibi homo nudus, & pauper, & miser, & miserabilis homo, dolens, quod homo sit: erubescens, quod nudus sit: plorans, quod natus sit: murmurans, quod fit homo natus ad laborem, non ad amorem: homo natus de muliere, & hoc cum reatu brevi vivens tempore, idem cum metu replerit multis miseris, & propterea, cum fletu verè mulis, quia corporis, & anime simul. *Ibid.*

Quare de vulva egressus sum, ut viderem laborem, & dolorem? consumuntur in confusione dies mei. Si talia locutus est de se ille, quem mater mea genuit in peccato? Heu mea! dixit mater: quid me genuisti filium amaritudinis, & doloris? quare non in vulva mortuum sum? egressus est utero non statim perii, cur exceptus genibus, & lactam uberibus, natus in combustionem, & in cibum ignis? actinam interfectus fuissim in utero, ut fuisset meum sepulchrum, & vulva ejus conceptus aternus, fuissim enim quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. *Innocent. de utilitate conditionis humane.*

Quis est enim tam composita felicitatis, ut non aliqua ex parte, cum status sui qualitate rixetur? Anxia enim res, est G humanorum conditio mortuum: & quæ, vel nunquam tota proveniat, vel nunquam perpetua subsistit. Huic census exuberat, sed est pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notum facit, sed angustia rei familiaris inelusus, mallet esse ignotus. Ille verò utraque circumfluus, ocellibem desit. Ille nuptiis felix, orbis liberis alieno censum nutrit heredi. Alius prole lactatus filii filivæ delictis mœstus, illachrymat. Idcirco nemo facile, cum fortuna suæ conditione concordat. Inest enim singulis, quod expertus ignoret, expertus exhorreat. *Boet. lib. 2. de Cons. profa. 4.*

Exterius γυνήδιναιδ est, quarta luna nasci dicitur, qui parum feliciter nati sunt, ut auctor est Eustathius, in libro Iliad. β. propterea quod Hercules, hæc luna natus feratur, cuius omnis vita laborum plena fuit. Pyrrhus apud Lucium florum dicebat, se sibi videri Hercules fidere nasum, quod quo pluribus victoris Romanos concideret, hoc acriores in ipsum coarrentur. *Eras. in Chiliadi.*

Phæbontem, & Tantulum, quamvis scanderint in caelum, ut præhibent poëta: propter dementia tamen in summas miseria inciduntur. *Plat. de Exilio.*

Hoc sanè miseriam est ultimum, quod ut ait in *Traude Seneca.*

Nemo se credit miserum, licet sit: Tolle felices, removeo multo Divites auro: removeo centum Rura, qui scindant opulenta bobus. Pauperi surgent animi jacentes: Est miser nemo, nisi comparetur.

De variis miserie subiectis, causis, occasibus, Circa quid, & quomodo eveniat, jusè traditur in *Loco de Infelicitate.*

Et in *Loco de vita.*

Miseriam Origo ex Peccato, quare peccatum.

Misericordia.

\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Misericordia, Græcè εὐσπλαγία, & εὐσπλαγία, misericors dicitur. Est autem misericordia agnoscere animi ob alienarum miseriarum speciem. *2. Senec. lib. 2. de Clementia.*

Sed etymon vocis hæc definitionem impugnat. Sæpius enim cordatis hominibus aliorum miseria cordi est, cui open ferre hilariter festinant, & jubet Apostolus. *Rom. 12. 8.* ut qui miseretur, & egeno largitur aliquid, in hilaritate faciat. Non significat igitur tristitiam cordis, sed benignitatis, & clementiæ ex amore ortum, cum hilaritate cordis ipsi misero præstitum. Neque hebraea vox *Racham*, id est Misericors, amare, diligere. *Unde Rachum misericors: & Græca εὐσπλαγία* nullam animi agnitionem sua notatione significat: sed tantum, aut amorem, & cordis propensionem erga miserum, aut ipsum amoris effectum. *Plura vide in Lexico trilingui Lud. pag. 486. & 487.*

Definitur autem Misericordia, Virtus, qua movetur homo ad compatiendum miseriæ proximi.

B *L. Ipsi in Constantia*, inclinationem animi dicit, ad alienam inopiam, aut ledum sublevandum.

D. Gregorius vult misericordiam vocatam à misero corde, eo quod unumquodque intuetur quempiam miserum, & ei compatiens de dolore animus tangitur: Ipse cor miserum facit, ut cum liberet à miseria, cui intendit. *In Moralibus.*

Misericors est ait *Cassiod. super Psal.* cum credit, qui nullis beneficiis provocatur, ut præterit: Misericors autem erit, quando res cadentes sua pietate reconstruit.

B. *Aug. lib. 9. de Civit.* definit misericordiam alienæ miseriæ in corde nostro compassionem, qua utique si possemus, subveniente compellimur.

GENERA, SIVE OPERA

MISERICORDIÆ.

S. Patres duo faciunt Misericordiæ genera, alia enim sunt corporalia, alia spiritalia. *Aug. in Ench. c. 72. hom. 6. ex 50. Gr. 22. mor. c. 12. Ista. lib. 3. c. 64.* Corporales Misericordiæ numerantur septem. Esurientes pascere, potum dare sitientibus, operire nudos, captivos redimere, ægrotos invisere, hospicio peregrinos suscipere: mortuos sepelire: C Unde versus:

Visto, potu, cibo, redimo, rego, colligo, condo. E quibus sex apud *Matth. c. 25.* nominantur ab ipso Christo, omnia sola septima de mortuis sepeliendis, à qua laudantur viri *Jabes Galad in Lib. Reg. 1.2. c. 22.* cum sepelissent Regem Saul. Et ab Angelo laudantur *Tob. c. 12.* Et à Christo Maria Magdalena, *und. ait, Matth. 26. 10.* Opus bonum operata est in me, mittens enim unguentum hoc, ad sepeliendum me fecit. Cur autem sepulchrorum non meminerit Christus *21. Matth.* causam unam reddit *S. Aug. lib. de cura pro mortuis, c. 3.* quod esset omnium minima, & obscurissima elemosyna. Alteram tradit *S. Chryso. ib. Joan. hom. 84.* eo quod sponte sua homines non solum hæc elemosynam faciant, sed etiam facili in ea per abulum excedant, ut dum pretiosius vestibus induuntur cadavera divitum, quæ utilius darentur pauperibus. Omnium horum corporalium misericordiæ operum ex vetustissimis meminit *Lactant. in epitoma divinar. instit. c. 5.* his verbis: si quis vidu indiget, imperiamur, si quis nudus occurrerit, vestiamus. Si quis à potentiore injuriam sustinet, eramuus. Patet domicilium nostrum vel peregrinis, vel indigentibus tecto, Pupillis defenso, viduis tutela nostra non desit. Redimere ab hoste captivos magnum misericordiæ opus est: item ægros, pauperes visitare, atque fovere: inopes, aut pauperes si obierint, non patiamur insepultos jacere. Hæc sunt opera, hæc officia misericordiæ, quæ si quis perfecterit, verum, & acceptum sacrificium Deo immolabit.

Spiritualia Misericordiæ Opera enumerantur à Theologis etiam septem, & divinis Scripturis exceptæ. Peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus rectè consulere, pro salute proximi Deum orare, consolari mæstos, ferre patienter injurias, offensam remittere: Unde versus:

Console, castiga, salve, remitte, ser, ora. Prima *Matth. 18.* habetur. Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum. Et *1. ad Timoth. 5.* Peccantes coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. II. Habetur *Ecclesiast. 18.* Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum: & Angelus apud *Dan. c. 12.* Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas æternitates. III. Habetur *Proverb. 27.* Bonis amici consiliis anima dulcoratur. Et *Ecclesiast. 5.* Si est tibi intellectus, responde proximo, si autem, sit manus tua super ostium, ne capiaris in verbo iudiciali, & confundaris. IV. *Matth. 5.* Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Et *Jacob. 5.* Orate pro inivictis, ut salvemini. V. *Ecclesiast. 7.* Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula, ex his enim in dilectione firmaberis. Et *1. ad Thessal. 5.* Rogamus autem vos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, VI. *Ibid.* Suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte, ne quis malo pro malo alicui reddat. VII. habetur *Matth. 5.* Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Et *cap. 6.* Si dimiseris hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. Et *Ecclesiast. 28.* Homo homini reservat iram, & à Deo querit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur?

Neque idcirco hæc, vel corporales, vel spirituales elemosynæ septenario numero includuntur, quod plures non sint, sed quod ad has omnes aliæ referri possint, quarum nonnullas refert *S. Aug. in Ench. c. 62.* Non solum autem, inquit, qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, ægro, vel incluso visitationem, captivo redemptionem, debili subvectionem, cæco deductionem, tristi consolationem, non sano medicinam, erranti viam, deliberanti consilium, & quod cuique necessarium est indigentem, verumetiam & qui dat veniam peccanti, elemosynam dat, & emendat verbere, in quem potestas datur, & coercet aliqua disciplina, & tamen peccatum ejus, quo ab illo læsus est, aut offensus, dimittit ex corde, vel orat, ut ei dimittatur, non solum in eo quod dimittit, atque orat, verumetiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria poena plectit, elemosynam dat, quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur invitis, quando eorum consulitur utilitati, non voluntati. Multa igitur genera sunt elemosynarum, quæ cum facimus, adjuvamus, ut dimittantur nobis nostra peccata sed ea nihil est majus, quæ ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccavit.

\* REMUNERATIO, PROEMIA, &c.

Ma nam misericordiæ remunerationem Dominus ipse significavit, cum misericordies pronuntiavit beatos, ex hoc, quod misericordies essent consecuturi: quodque etiam in extremo Judicii die, quando omnia hominum opera manifestentur, hujus potissimum exhibiti, ut omni ratio exigenda prædicetur: immo ea sola beatificationis, aut condemnationis causa à Judice æquissimo assignanda tradatur. *Matth. c. 25.*

Misericordiæ virtus tanta est: ut sine illa ceteræ, etsi sint, prodesse non possint. Quamvis enim aliquis fidelis sit, castus, & sobrius, & aliis majoribus ornatus insignibus, si misericors tamen non est, misericordiam non meretur. *Leo Papa in serm. de appar.*

In illo magno, summoque judicio tantæ estimabitur, vel largitatis benignitas, vel tenacitatis impietas, ut pro plenitudine omnium virtutum, & pro summa omnium commissorum, & per unum malum illi in ignem mittantur æternum, & per unum bonum illi introducantur in regnum. *Ibid.*

In regno cæli coram omnibus Angelis in conventu resurgenti, quod Abel passus sit, quod mundum conservavit Noe, quod Abraham fidem servavit, quod Moyses legem tulit, quod Petrus crucem Jesu primus ascendit, Deus tacet: & clamat solum, quod pauper comedit dicens: esurivi, qui enim misericors est, misericordia dignus est. *Petr. 1. serm.*

Quod vero misericordes misericordiam consequantur, Abbas ille sit exemplo, qui quod fuerit misericors in Prophetas Domini fugientes persecutionem Regis Achab, misericordiam. Primo ab Elia, deinde & gratiam prophetiam consecutus est. *3. Reg. 18. & 4. Reg. 1.*

Judæi quovis anno decimas & septimo quoque pro pauperibus omnes fructus sponte nascentes dimittebant. *Lev. 25.*

Discipula quædam erat nomine Tabitha, quæ tricinas, & vestes faciebat, quas viduis tribuebat, eam suscitavit Petrus, nam qui Christum in pauperibus nudum vestierit, immortalis vestes promerbitur, & resurrectionis. *Act. 9.*